Intestamento relinque pauperib9
Tu illuc vadis. z opera tua manēt.
Nolo michi dicas. Vnde nosse po
tero. si qualemcumqz veniā habeo

Ubi misericordia dei imploratur. questio expetitur. Quãdo ille curat nolo diffidas. tantũ nos vl' paululum conuertamur. Stat medic⁹ secans. et innumeras adhibens curaciones. ⁊ non interrogas quomõ curaris. Sed cõcedis arti. seruo cõcedis. et deum misericordie non cõcedis. Noli dicere quomõ. sꝫ magis admirare et glorifica Nam et ego te interrogabo quomodo latro saluatus est. quippe qui omnẽ vitã suam cruentam habuit. homicidis. persecucionibus direpcionib⁹ Mille obrutus malis. ⁊ non penituit. dum adhuc esset interra. Ab hominibus qu idem pro scelere suo cõdemnatur. a deo autem per bonã confessionem coronatur. Unius dei vite datus nõ erat Dominus in cruce clauis affixus pendebat. iam iamqꝫ moriturus non desperauit salutem suam. et certe socio eius renitente. Sed hic confessus est dominum penitens facti sui. et paradijsi ianuam meruit aperire. O latronis admiranda fides. et incruce posit⁹ vim fecit. et intrauit regna celorum Sed quemadmodum inquit saluatus est discere cupio. Audi verba latronis. Memento inquit mei domine. cum veneris in regnum tuum. Et tantum preualuit sermo. preualuit confessio. adiuuante misericordia dei. Et quia ex animo penituit et confessus est deum esse cristum. paradijsi meruit esse colonus. Si me iterrogas quomodo nescio quomodo. ne a me expetas qualitatẽ. Saluari solummodo cupio. non requiro curacionis fimbrã. Liberari cupio de egritudine. non interrogo medicine racionem. Si potes dicere. quomodo deus est. nosse poteris et quemadmodum miseretur. Interrogabo te et ego. dicito michi. Quomodo adulteri. Quomodo molles Quomodo masculorum concubitores. Quomodo fures claustra carceris habitantes. Mille accusaciones inimici amarissimi. Potestas iudiciaria iminens. Parati carnifices. et adnutum regis dimittunt Rex homo est mei similis. et meus conseruus. Quid enim si. purpura circundatur. Sed nichil mea substãcia ampli⁹ habet. Una natura. par condicio. Sic ingredimur mundũ. pariter egredimur emundo. Ipso spiritu sustentamur. et ad nutũ ei⁹ et paruis apicibus puniendi soluũt Si hoc facit homo moriturus. q̃nto magis deus angelorum. et archangelorum dominus. Si solummodo inuenerit. saluari non poterit. Et rex quidẽ si demiserit ecarcere. penam dabit non peccata. Deus autem peccata dimittit. Si dixerit adultero. iam nolo vt adulter sis. verba statim vertuntur in opera. Si dixerit. fornicatori fornicari cessa ab imundicia tua. ilico mens ei⁹ in melius mutatur. Et vt scias q̃a ita est. Dixit fiat celum. et factum ẽ celum. Precepit fieri terram et verbum eius in opere cessit. Uolo fieri luminaria. statim facta sunt. et astris completum est celum. Sol ⁊ luna p̃cepto ei⁹ ꝯsũmãt cursũ suũ. Uolo fieri angelos. et in puncto hore tanta milia facta sunt. Et qui ex nihilo hec om̃ia fecit. si vult sermone

suo tua peccata non valet soluere. ⁊ post penitenciã i angelicũ cõstituere gradũ. Quid eĩ est peccatũ a dñi misericordia. Tela aranee. q̃ vento flante nus quã cõparet. Si deus voluerit. null⁹ impediet. Hec dico. nõ vt neglegenciores vos faciã kĩi. sz ut ad fidẽ vos saluatorẽ expectacõis adducã. Nũq̃ desperetis de uobis sz dedi misericordia cõfidite. Desperate pocius illum qui se desperauerit. qui reuocare pedem nõ vult. q̃ dei p̃cepta cõtemnit ⁊ despicit. et nõ se cogitat esse moritur. Considera nũc ergo kĩe ppheta m istũ post graciã spirit⁹ sancti ⁊ post tantã ad deũ fiduciã. post multitudinẽ virtutũ. post tãtos triũphos publicãtem semetipm. ⁊ dicentẽ. Miserere mei dꝰ scdm magnã misericordiã tuã. Inmensum misericordie pelag⁹ memet ip̃m extendi ad dñi misericordiam. Quid ampli⁹ queris. O dauid. audi ppheta nathã dicẽtem. dñs dimisit peccatũ tuũ. Non q̃ro solũ peccata dimitti mihi. sz ⁊ decorẽ meũ p̃stinũ q̃ro. Et scdm multitudinẽ miserationũ tuarũ dele iniquitatẽ meã. Vi de q̃d querat. Dele inq̃t. ⁊ am plius lana me. Plus aliq̃d quero. maiorem honorẽ. maiorẽ gr̃iã. Amplius lana me ab iniquitate mea. ⁊ a delicto meo munda me. Quid ergo dignũ feciſti vt hoc tibi fiat. Attẽde diligencius verbo. ⁊ temetip̃m appende misericordia dei. Inestimabilis ẽ sine fine est. q̃ cõp̃hẽdi nõ potes. superans omnem sensum. omnem cogitacionem. Sz quia talis est miseri cordia domini. tamen non vt homines misericordiam ꝓsecuti remissio

res fierent. querit quidd̃ a nobis de⁹. Mittetur q̃dẽ. sz nõ passim mittet. Prouocat nos ⁊ dicit. Da ⁊ tu aliq̃d. vt puta mille scelera ppetrasti. habes onera delictorũ volo alleuiare pond⁹ tuũ. da ⁊ tu manũ tuã Non q⁹ ego tui egeo. sz q⁹ volo ⁊ te aliq̃d cõferre ad tuã vtilitatẽ. Quo ergo latro saluat⁹ est. ⁊ tanta soluit peccata. Scito eũ misericordia, puocatũ. sz fide sua tamq̃ ad miniculo vsum. ineo qd̃ dixit. memento mei dñe. dũ veneris inregnũ tuũ. Quid cõtulit de⁹ saluti ip̃i⁹. Remissionẽ videlicet peccatorũ. Quid vero intulit latro. Indiciũ salutis siue. cõfessionis fidẽ. Qualẽ. Grãdem. excelsã nimis. celũ tangentẽ. Quo. Ego dicã. Judei viderũt mortuos suscitatos. leprosos mũdatos. demões fugatos. mare infrenatũ. piscem statera portantẽ. stellã rutilantẽ. magos cõcurrẽtes. heordẽ turbatũ. Hec omnia videntes. crucifixerũt xp̃m. Latro vero nichil horum videns. sed cõsiderabat sputis repletum. crucifixum. aceto potatum. et felle. Et cũ hec omnia videret. non est scandalizatus. sed regem celorum confessus est. vides qm̃ non sine causa misericordiam consecutus est. quia et ipse fidem intulit ad salutem suam. nec non et publicanus aliena iniuste auferens quomodo saluatus est. Trãsiens. namq̃ cristus. dicit ad eum Veni sequere me. Qui statim exurgens. secutus ẽ eum. Et sicut latro confessionem intulit sic publicanus obedienciam suam. et meruit i aplatus ordinem collocari. Sicut enim cum quidam graui egritudie

vexatur. et multis modis indiget medicaminib⁹ ꝛ attennat⁹ ẽ sumptibus Si introierit medic⁹ ꝛ dixerit ad eũ ꝙ egrotat. plures species ad⁹ fectionẽ medicaminis. necessaria sunt. nõ habeat vero egrot⁹. nõ habeo vnde tãtas species emã pauptate detineor. dicat ad eum medicus Illam ꝛ illã da michi speciẽ tantũ. certa de meo pstabo. sic ꝛ deus dicit da michi ꝓfessionẽ tuã ꝛ lacrimas penitẽcie. certa aũt ꝑ hoc misericordia mea ꝛ humanitate pstabo. Ideoq; rogat dauid ut multũ ab iniqtate sua lauet. Quid ergo ꝑ hoc munus intulit. Dixit misere mei deus ꝛ vsq; q; laua me ab iniqtate mea. ꝛ a delicto meo munda me. Quid obtulit. Quoniam iquit iniquitatẽ meã ego agnosco. vicissitudo est. Deus dat et ꝙ salutificet reus Dedit dñs miam suã. dedit ꝛ ꝙ peccauerat cõfessionẽ peccatoꝝ suoꝝ. Parum quidẽ. sed quod habuit. Quid dabis o dauid vt saluari possis. vti misceat medicamentũ. Quoniam inqt iniqtatẽ meã ego agnosco. Et cẽ potes homo qui nõ agnoscat peccatũ suũ. Quanti sũt peccatores. ꝛ securi degũt. q̃nti rapiũt. et nõ volunt intelligere. qm̃ in ique agunt. quãti denastant vidu as ꝛ diripiunt pupilloꝝ facultates q̃nti circũueniũt alieã matrimonia. q̃nti tribulãt orphanos. ꝛ ignoscere nolunt sup venẽam sibi calamitatẽ. Insup fiducialiter que mala sunt agunt. ꝛ nec ingemescũt. nec lacrimã ꝓferunt. neq; cõfitent. Quo g̃ possũt hi tales saluari. Nescientes nec agnoscentes facinora sua nec di iudiciũ ꝑ oculis habẽtes. Eidisti regẽ exomologesi faciẽtẽ ꝛ dicẽtẽ. qm̃ iniqtatẽ meã ego agnosco. ꝛ peccatũ meũ coꝝ me est semp. O ingenuitas anime. o mentis integritas. Nõ est oblitus peccati sui. et iniqtatis. Omnis concessum sibi fuerit. ille tamen in ꝓsciencia sua tãq; i imagine. adulteriũ ꝛ homicidiũ depictũ habebat Et ꝑ singulos dies videbat putredinẽ. ꝛ idõ dicebat. Et peccatũ meum coꝝ me est sp. Ego illud video tu id ne cõsideres. Ego illud scribo tu q̃si dñs dele. Elide eñ quid sit. Si tu memor sis. deus nõ erit mẽor Si tu oblitus eius fueris. deus eius mẽor erit. Ego sum inqt dñs. qui dleo iniqtates tuas. Tu vero memor eorũ esto. vt quid ergo vis vt memor sum. Et gracior inqt sit misericordia mea. vt sencias q̃d tibi ocesserit. Si enim sp memor fueris cumuli peccatoꝝ tuoꝝ. eris memor et magnitudinis beneficiencie dei. Cõcessit tibi sz tu ne obliuiscaris. ꝛ nõ erit mẽor tu aũt sp recordare. Tales erãt sãcti. virtutes suas nõ mẽnebãt sz peccatoꝝ suoꝝ mẽoriã reuocabãt. Nõ sicut nunc homines peccata sua obliuiscuntur. et celare cupiunt. Si quippiam autem boni fecerint. in medio proferunt. et omnibus probare festinant. Fecisti aliquid boni cela illud. vt dominus tuus videat et ipse laudet. Quod si iactanter aliquid boni feceris. gloriam ab hominibus recepisti. Fecisti malum memor esto. vt dominus tuus illud obliuiscatur. Cõcede domino tuo si dixeris. minoraſti ea. dominus tuus si dixerit augebit ea. Quomodo ergo dicam. cum dederis inopi

rogatus quid dicis. Vidi pauper
em esurientē. ⁊ paui eū. Et ip̄e de
us dicit. Esurientē vidisti me. ⁊ pa
uisti. Permitte illi q̄ potens est. di-
cere grandit̄. cōcede illi dicere. ⁊ ex
altare. Peccata aūt tua dicito. vt
deleas illa Si cōfunderis alicui di-
cere. qꝛ peccasti. dicito ea cottidie. ī
anima tua. Non dico. vt cōfitearis
cō ꝑuo tuo. vt exꝓbret. Dicito d̄o q̄
curat ea. Hec eīm si non dixeris ig-
norat ea d̄us. Nūq̄d a te vult ea ag
noscere. Cū faciebas ea. p̄sto erat. cū
admitteres. nouerat. Peccare non
erubuisti. ⁊ cōfiteri erubescis. Dici-
to inhac vita. vt inilla requiem ha-
beas. Dicito ingemiscēs ⁊ lacrimās
Incodice scripta sunt peccata tua.
Spongia peccatoꝝ tuoꝝ lacrime
tue sunt. grādis eaꝝ virtus. Dicā
tibi q̄d valeāt lacrime Attende dili
gēciꝰ. Quid martiribꝰ maiꝰ. q̄ ani-
mā suā ponūt ꝓ amico suo. Gran
dis gl̄ia martyrū. Martires effudūt
sanguinē. peccatores effundūt lacri
mas. Meretrix illa nō fudit sangui
nē. sꝫ fontes lacrimarū ꝓfudit. ⁊ de
leuit peccata sua. Et q̄d dicā d̄ me
ritrice. ⁊ in mūda muliere. Colūna
ecclesie ⁊ fundam̄tū fidei princeps
apl̄oꝝ petrꝰ. ad ācille vilissime mu
liercl̄e. ītrogacōꝫ. 3º negat dn̄m nū
q̄d sāguinē fudt nōne amare fudt
lacrimas ⁊ abstersit pc̄catū suū. ⁊ re
cepit pristinam dignitatē. Ecce ha
bes codicem vbi scribis cotidianū
expensum. Habeto codicem consci
enciā tuā. ⁊ scribe cottidiana pecca
ta. Quando accubueris sup̄ stratū
tuū. ⁊ neminē infestū pateris ante
qm̄ veniat tibi somnꝰ. profer in me
dio codicem cōscienciam tuam. et
reminiscere peccata tua. si quid in
verbo seu infacto vel in cogitacione
peccasti. Hoc enim dicit propheta
Irascimini et nolite peccare. que di
citis in cordibus vestris. et incubili
bus vestris cō pungimini. Per diē
non habuisti tempus. sed obser-
uasti iudici tuo. et iniunctum
negocium. ⁊ confabulacio amico
rum et domestica necessitas et filio
rum cura. et vxoris sollicitudo. et
milicie timor. et mille te circūdede
runt cause. Quando inlectulum tu
um veneris. vt sopori menbra con-
cedas. adtrāquillū portū nemo tibi
molestus est. nemo pulsat. dicito in
corde tuo. et ī anima tua. Expendi
mus diem. O anima. quid boni fe-
cimus. aut quid mali operati sumꝰ
Et si quid boni fecisti. gracias age
deo. Si quid mali. de cetero ne faci
as. Et reminiscens peccatorum tu
orum effunde lacrimas. et poteris
in lectulo tuo positus ea delere. Ro
ga deum tuum. et sic permitte ani-
mam tuam soporari. Confessus pec
cata tua ⁊ facito tibi metipsi racōnē
et ora misericordiam dei. et inueni-
es requiem. Quid graue. aut quid
molestum positum inlecto. cottidi-
ana deflere peccata. Cum reputare
tibi ceperis tamquam in leculco su
spende cogitaciones tuas. et vngu
la timoris dei radito eas. Propo-
ne tibi timorem gehenne. super du
cito ei secture ictum non habentem
dolorem. Iudicium facito tibi met
ipsi terribile. leuiorem prepara con
fessionem cogitatum tuum. vt non
ifuto die ignauior sis adp̄scrutāda

peccata. Quoniam iniq̃tatem meam ego agnosco. et peccatum meū coram me est semper. Tibi soli peccaui. et malum coram te feci. Quid est quod dicit. Non timebam eum qui iusticiam passus est; miles erat meus. iudicare me non poterat. sed sollicitus sum propter te. ne tu ames exigas penas. Vt iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris. Quid est quod dicit peccaui tibi. Fiat iudicium. et iudices qui vincis. Quomodo. Quia videt deum sine intermissione voluntate semper iudicare cum hominibus Propheta dicit. Audite namq̃ conualles. fundamenta terre. Quoniam iudicium est deo ad populum suum. Et iterum alibi. Populo meus q̄d feci tibi aut quid contristaui te. Respōde michi. Et iterum alibi. Audi celum. et auribꝰ percipe terra. qm̄ dominus locutus est. filios genui et exaltaui. ipi autem me sprenerunt. Et vbiq̃ vide deum iudicare cum hominibūs. Dicit ei. Apud te victoria est. vt iustificeris in sermonibus tuis. hominem agricolam regem fecisti. propheram constituisti. Victoriam michi in pugna dedisti. gigantem superare fecisti. non virtute corporis. sed virtute fidei. Parpura iduisti. diuicias michi dedisti plurimas. Vt iustificeris in sermonibus tuis. et vincas cum iudicaris. Si dixeris peccata mea et nō dixero ea ego. condemnabor. propterea misericordia opus habeo: Et enim incerta ⁊ occulta sapiēcie tue manifestasti michi Quia dixit regnum. dicit ⁊ propheciam. Sic me honorasti. vt et filium tuum reuelares michi. et notum michi faceres. Didici quoniam filium habes. et si i trono tuo sit. didici quoniā futurꝰ ē hō Annūciaui vniuerso mōdo. gaudia aduētus eius. Et quia pati haberet. pro salute generis humani. et quia crucifigendus esset et sepeliendꝰ. resurrecturus a mortuis sine corrupcione. et quia ascensurꝰ in celos. Dixi dscensionem eius. dixi resurrectionē eius. Dixi ascensionem eius. dixi sedem eius in dexteram patris. Dixi vocacionem gencium. dixi congregacionem ecclesie. Dixi expulsacionem iudeorum. dixi apostolorum electionem. Incerta et occulta sapiencie tue manifestasti michi. Sic me honorasti. sic me dilexisti. ⁊ magna mysteria manifestasti michi. Et vbi hec manifestauit. Audi hunc ipm prophetam. quomodo descensionē eius de celo dicit. Descendit sicut pluuia i uellus. Quoniam aduenit filius dei non cum fulgure aut thonitruo. neq̃ cum strepitu. neq̃ cum exercitu angelorum. neq̃ nuda deitate. Si enim sic venisset vniuersa iteriisset creatura quod non montes nec colles portarent. Quippe q̄ respicit super terram. et facit eam tremere. qui tangit montes et fumigant. Nam si nudam substanciam ostendisset. sol vtiq̃ extingueretur. Luna non appareret. mare exicaret Propterea silencio et tacite. veniens nemine sciente. neq̃ ipso diabolo. sed venit silencio inuterum virginalem. O nona res et ineffabilis et miranda rerum mysteria. Lapides consumuntur. ⁊ mater nil ledit

Montes tabescunt.et virginis vter
us deum intrinsecus gestat. Quid
dicam.aut quid loquar Quo dig
no sermone pronunciemur. O amē
cia hereticorum.dicite michi.quo
modo ancilla deum portabat.quo
modo creatura creatorem. Qui int
rogas que sursum sunt.dicito que d
orsum sunt. Qui vbiq; erat.quomo
do in matris vtero erat.t in throno
maiestatis sue sedebat. Si me inter
rogas nescio. fide credo .non com
prehendo cogitacione. Et quia silē
cio erat venturus.non terrens non
conturbans· descendit inquit sicut
pluuia in uellus. In terram enim d
scendens pluuia sonum reddet.sup
lanam autem et in uellus descēdēs
nullum sonitum dabit. Mollicies
lane soluit sonum pluuie descenden
tis.et vt dicas quoniam silencio ve
nit non terrens.non conturbans.
non perdens.non exterminās. De
scendens inquit sicut pluuia in vel
lus. Diristi descensionem silēcio fac
tam.dicito et prodicionem ei. Qui
edebat inquit panes meos.multi
plicauit aduersum me supplantacio
nem. Dicito et pugnam indeorum
Impugnabāt me gratis. Dic et cō
silia eorum mala aduersus cristum
Quare fremuerūt gentes et populi
meditati sunt inania. Astiterunt re
ges terre. et principes conuenerunt
in unum aduersus dominum et ad
uersus cristū eius. Dic et crucē eius
Foderūt manꝰ meas t pedes dinūe
rauerūt omnia ossa mea. Dic et ci
bum et potum. Et dederūt i escam
meam fel.et in siti mea potauerunt
me aceto. Dic et isultaciones iudo
rum. Sperauit in domino eripiat,
eum.saluum faciat eum quoniam
volt eū Dic et sepulturā eiꝰ. Posue
runt me in loco inferiori. Dic et re
surrectionē eius. Quoniam non
derelinques animam meam in in
ferno. nec dabis sanctum tuum vi
dere corrupcionem. Dic et ascensio
nem eius. Ascendit deus in iubilo
et dominꝰ in uoce tube. Dic et thro
num eius. Dixit dominus domino
meo.sede adextris meis.donec po
nam inimicos tuos.scabellum pe
dum tuorum. Dic et gloriam eccle
eius. Astitit regina adextris tuis.in
vestitu daurato circūamicta varie
tate. Dic et thronum virginum.ad
ducentur regi virgines posteā. Dic
et electionem apostolorum. Pro
patribꝰ tuis nati sunt tibi filij. Dic
et baptismum. Super aquam refec
tionis educauit me· Dic et mysteria
Paraisti in conspectu meo mensam
aduersus eos qui tribulant me. Dic
et vnctionem. Impinguasti in oleo
caput meum. et poculum tuum in
ebrians quoniam preclarum ē. Dic
et peticionem gencium. Pete a me
et dabo tibi gentes hereditatem tu
am. Ecce enim incerta et occulta sa
pientie tue manifestasti michi. et in
iquitates meas dele. Quid opphe
ta. quid desideras. Soluta sunt pec
cata tua. intempta est pena tua. nō
inquit sufficio hijs. auarus sum ad
petendam misericordiā di. Noui do
minū meum esse clementem. pphe
ta eram priꝰ. volo et nunc esse pphe
ta. t illā habere fiduciā. illā sācti spē
grā. auolat ḋppe a me· sic colūba. fe
tor ē pcōr meor sēcies volo pstiaz

recupare gr̄am. Auerte faciem tuā
a peccatis meis. et omnes iniquita
tes meas dele. Dicito manifeste q̄d
velis. Cor mdm crea in me deus. O
ingenuitas ꝓphete. O desideriū ad
deū. vt loquaris michi iterꝫ quero.
vt ⁊ ego tibi loquar. Amiciciā illam
⁊ familiare colloquiū quero. Quid
enim. Quia liberatus a pena sum
securus esse non possum. Mihi ma
ior pena est fraudari colloquio tuo.
Quamuis enim substanciam tuam
videre non possim. inuisibilis nāqꝫ
est. pre desiderio tuo opera tua vidi
et exulto. Non vidi te. sꝫ vidi celos
et exultaui et dixi. Celi enarrant glo
riā dei. Conspexi terrā. et dixi. Do
mini est terra ⁊ plenitudo eiꝰ. Vidi
mare et dixi tu confirmasti i virtute
tua mare. Vidi diē ⁊ noctē ⁊ clama
ui. tuus ē dies et tua est nox. solem
⁊ lunā tu fecisti. vidi montes. ⁊ dixi
⁊ altitudines mōciū ipsiꝰ sunt. Sic
q̄ amat. ecꝰ si ñ vidat quē amat. tñ
⁊ si calciam̄tū eiꝰ vidat. vidre vidt
quē desidrat. Sic ⁊ ego circūeo vni
uersam creatam tamq̄ catulus sici
ens. vt ꝑ odorē suauitatis tandem
aliqñ dñi sui p̄senciā mereat videre
Et dico. Sicut ceruus desiderat ad
fontes aquaꝝ. ita d̄siderat aia mea
ad deū fontē viuū. q̄ndo veniā ⁊ pa
rebo ante faciē d̄i. Rex iquit es. pur
pura indutꝰ es. diademate ornatꝰ
Non q̄ro inq̄t ista. decorē meū q̄ro
⁊ splēdorē spc̄. Contēno vmbrā. per
trāseo cenosa queqꝫ. folia sūt ista. et
nox. ⁊ somnū. ⁊ fenū. ⁊ tamq̄ tela
aranee. Gl̄iam meā q̄ro. ñ possum
facere crastinacionē. nō suffero dila
cionē. qui fiduciā ꝑdidi circūdatꝰ
peccato. Cor mundū crea i me. et
nō solū hoc q̄ro. sꝫ inhabitatem in
eo. Et spiritū rectū in noua in visce
ribus meis. Bene dixit. in noua.
Denuo nāqꝫ fabricata ē domus. q̄ꝫ
inueterauerat peccatū. Rogo vt in
nouet gr̄a. Et ꝓ hoc munere. q̄d
mihi dab o dad. Doceā iq̄t i iquos
vias tuas ⁊. impij ad te cōuertētur.
Si accepo spm̄. disputabo orbi ter
rarū. ⁊ dicā. Om̄s gētes plaudite
mā ibꝰ iubilate deo i voce exultacō
nis. Qm̄ dn̄s excelsus terribilis. rex
magnus super omnem terram. Si
accepero spiritum. dicam. Dixit do
minus domino meo. sede a dextris
meis. donec ponam inimicos tuos
scabellū pedum tuorum. Doceam
iniquos vias tuas. et impij ad te
conuertentur. Et iudaice cerimo
nie vbi erunt. Non immolo tibi o
ues. non offero vitulos. et arietes
Scio quia hijs non delectaris. sed
que filij tui sunt. Vis conuersionē
gencium. abolicionem peccatorum
Quoniam si voluisses sacrificium
dedissē vtiqꝫ. holocaustis non d̄lec
taberis. Quia ergo nolo ista. quid
michi dabis. Habeo et aliud sacri
ficium quo delectaris. Sacrifici
um deo spiritus contribulatus. cor
contritum et humiliatum deus nō
spernit. Immo sacrificium maxi
mum humilitas est. Solue peccatū
meum. da michi spiritum sanctum
Hoc sacrificium humilitatis. mul
to melius est quoniam iudeorum.
Nam et tres pueri illi etate iuuenes
senibus. prudenciores. pauci. sed
superantes multos. Captiui. sed
forciores rege. q̄ amiſūt q̄dē patriā

et non perdiderunt fidem. Nudi sꝫ vestiti. paupes sꝫ habūdantes. ꝟui. sꝫ libos p̄cellētes. q̄ flāmas ardētes ꝯuerterūt. i rorē. Qui elem̄ta maxia d̄mutarūt. q̄ ignis obtuderūt virtutē. Quos alligauit tyrān⁹ ⁊ soluit ignis. lamētabant ⁊ dicebāt. Peccauim⁹. iniuste egim⁹. iniq̄tatē fecim⁹. ⁊ nō est p̄nceps neq̄ ꝓpheta. neq̄ locus p̄miciaꝝ ad sacrificādū. vt inuenire possim⁹ miꝟicordiā. Sꝫ in anima ꝯtribulata ⁊ spiritu humilitatis fiat sacrificiū nr̄m. Et hoc nō sua scelera deflebāt. que nec dū admiꝟant. Sed q̄si boni aduocati pura ꝯsciēcia ꝓpl'o q̄ i captiuitate constitut⁹ erat rogabāt deū. Cor igit̄ cōtritū ⁊ humiliatū d̄us non spernit. hic solliciti⁹ itēdite. ꝓsalute eni vr̄a sunt q̄ dicūtur. Om̄s q̄ppe vos doctores fieri volo. om̄s peritos. om̄s monachos. Nō vt cōiuges nō habeatis. sꝫ vt ceteras virtutes possideatis. que vos deo cōmēdare possunt. Monach⁹ eni nō solū ꝓpterea dicit̄ qꝛ vxorē non habet. sꝫ qꝛ religione dei ⁊ seruicio ipsi⁹ mancipat⁹ ē ⁊ cura illi est. Quēadmodū deo nō scl'o placeat. Et q̄ magis elegit castitatē que deo cara ē. ⁊ spirit⁹ sancti habitacio. Volo ergo vos i religiōe dei feruere. Quid ergo est qd̄ querim⁹. Orauit. cōfessus ē. rogauit. obsecrat⁹ est. dep̄cat⁹ est. Lacrimas fudit. cor mundum peciit. fidē dedit. Querendū si qd̄ quesiuit inuenit. Multam in uos cerno alacritatem. multum gaudium. delectat̄. Nāq̄ gubernator cum viderit prosperiores flare ventos. Undarum quidē eleuacionem non video. sed video. multitudinem commouencium se. et non recedentem. Et aures pautulas. et attentos oculos vestros. constringi quidem corporaliter. sed mente stabili. dilatare sensum. ad audiendum verbum dei. Nam qd̄ queritur hoc est. Orauit. rogauit. obsecratus est. deprecatus est. Deposuit penam. liberatus est a peccato. Quid ergo queritur. si ad priorem reuertitur fiduciam. si spiritus emeruit graciam. si quod peciit accepit. Cor mundum crea in me de⁹ et spiritum rectum in noua in uisceribus meis. Videte karissimi quantum potuit penitencia. vt priori eū redderet dignitati. qua pollebat ante quam caderet. Attendite que dicuntur de confessione. de repeticione spiritus. d̄ prophetali gracia quinquagesimum scripsit psalmum. Post hūc vero ⁊ sexagesimū et septuagesimum. et octogesimū. et nonagesimum. Ne ergo quidam dicerent. Quid enim. Si scripsit psalmos sed non spiritu sancto. non enim recepit spiritum sanctum. Interrogemus eos quomodo descripserit. Humana inquiunt sapiencia. deꝟuerat em̄ eū spirit⁹ sanct⁹. Peccatū quidem ei concessum est. sꝫ spc̄ redditus non est. Ipse quidem peciit. sꝫ vbi accepit non inuenimus. ⁊ vbi illi rn̄sū hoc dederit d̄⁹. Ecce reddidi tibi qd̄ āiꝟas. Attēdite diligēt̄. scripsit q̄nq̄gesimū psalmū. Deind̄ lx. ⁊ cet̄os p ordinē. Scripsit āt ⁊ alterū psalmū qui est post. c. viiii. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis. donc ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ. Hūc psalmū post

passionem domini competit aptari
Cum consummatis omnibus. ascē-
dit ad patrē. Quinqgesimo vero ē
i quo se dicit recepisse spiritum sanc
tum. Ille autē c. viiii. inquo dicit.
dixit dominꝰ domino meo. sede a
dextris meis. Querēdū est sic cepā
dicere. si post peccatū ꝛ penitēciā re
cepit spiritū sanctū. Ubi ergo ostēdi
tur qđ recepit. Audi qndo omnia
opatꝰ est xpꝰ. Mare infrenauit. lep-
sos mūdauit. demones effugauit.
malicia exēminauit. paraliticū soli-
dauit. vox desup intonuit. Hic est fi
lius meus dilectus inqo cōplacui
Johānes baptista testimoniū phi-
bet. ecce agnꝰ dei. ecce qui tollit pec
cata mūdi. Res ipe clamabāt. Spē
venit sup eū in specie columbe. Jā
ergo incipiebat ascendere crucē. vo
cauit in deos. oīs ꝛ dicit eis. qđ vo
bis vidē đ xpo. cuiꝰ filiꝰ ē. Ante hoc
vos nō interrogaui. qꝛ nec dū vob
pbaīta deitatis mee ostēderam.
Quādo aūt eleīta deitatē meam
ostenderūt ꝛ pater desup intonuit ꝛ
dixit me carissimꝫ eē suū filiū Pꝰqꝫ
doctrinā meā oīb⁹ manifestaui. ꝛ
viā veritatꝭ ostēdi. signis ꝛ pdigijs
ꝛ virtutibus. Nunc vobis dico qn
do ne vmbrā qdē cōtradictiōis ha
betis. Quid nobis videt de xpo cu
ius filius est. Dicunt illi ingrati ꝛ ve
cordes. david filiꝰ ē. Negātes scili-
cet deitatē eiꝰ. ꝛ nolētes dicere eo
qđ dei filiꝰ essꝫ. Dicit ad eos dñs.
ꝛ qūo david i spū sancto dīm eū vo
cat dicēs. Dixit dñs dño meo sede
a dextris meis. donec ponā inimicos
tuos scabellū pedū tuoꝝ. Videtꝭ q̄
kīmi solutā eē qstionē. qꝫ nō psapiēci
am mūdanā. neqꝫ p secli prudēciā
locutꝰ david. sꝫ p spīm sanctū futa
pdixit. ipso domino testimoniū per
hibente eo recepit post penitenciā
spīm sanctū. Inter qnqgesimū enim
psalmū ꝛ c. nonū grande intualluī ē
ꝛ tēporis ꝛ ordinis. Si aūt spīm sāc
tū recepit immo qꝛ recepit. solutū ē
peccatū suscepta est penitēcia. resti-
tuta est grā. Cor mundū crea i me đ
us. ꝛ spīm rectū i nona in visceribus
meis. Videꝭ qđ itex ad suā redijt
dignitatē. Itex pphēta munitus
grā itex de cristo annūciat et đ dis
pensacionis eius predicit mysteria
videtis karissimi quanta est peni-
nitencie virtus. et conuersationis
ad deum ab operibus malis. Hic
enim sanctus david non solum cū
incorpore esset placuit deo. sed et
post mortem suam. vinis inuenitur
prestitisse grande solacium. Conti-
gt nāqꝫ ezechie regꝭ inimicas i tpib⁹
indeorū gentes circūuallasse ciuita
tem ierusolimā. Et cum esset ezechi
as iustus vir rogauit deum. et pro
stratus lacrimis deprecabatur. vl-
cionem de aduersarijs postulās. Ve
nit ad eum esayas prophēta et di-
cit. Ne putaret ille quia iusticia sua
exauditus est. et certe iam defecerat
david et habebat multos annos re
quiescens. Quid ergo dicit ei Pro
tegā hāc ciuitatē ppt me ꝛ ppt da
uid seruum meum. David mortuꝰ
est. et merita eius vigent. O rem ad
mirandam. o ineffabilis clemencia
dei. Homo mortuus viuo patro-
cinatur. O iustorum et post con-
summacionem inexpugnabilis pug-
na virorū. Prohijs oīb⁹ gracias

agamus deo. et tales nos exhibea-
mus in hac vita. quo possum⁹ inue
nire requiem sempiternā cū sanctis
Per xp̄m dominum nostrum cum
quo est deo patri vna cum sancto
spiritu. honor gloria imperium et
potestas ꝑ immortalia secula secu-
lorum amen.

Explicit Omelia Sācti Jo-hannis episcopi de psalmo l Incipit Omelia eiusdem de psalmo cētesimo xx ii

Ote leuaui oculos me
os qui habitas incelo
Prosunt non nūqnā
supplicia. et tribulacio
nū sarcinis anime sepi
us corrigunt. Ecce eni iudei q̄ sem-
per habebāt oculos infixos interra
q̄ humilia cogitabant q̄ egijpcioꝝ
ꝛ assirioꝝ ꝯfidebāt auxilio. q̄ muro
rū ꝓ pugnaculis tegebāt. q̄ cumu-
lo fulgētis auri tumebāt. post cap
tiuitatē suā. post ruinā patrie. oib⁹
ꝑuati delicijs. ad iuictā dexterā ꝯfu
gerūt. et terrenis cogitacionib⁹ spre
tis excelsa postulabāt. ꝛ euerso tē-
plo ad celū oculos eleuauerūt. ꝛ de
celo dei misericordiā flagitabāt. ꝛ de
deo subsidiū sue captiuitatis iplo-
rabāt. Et nemo miret qd̄ deus dici
tur incelis habitare. nō eni tāq̄ cō
clusus est alio loco nec aliquibus li-
mitib⁹ occupatus. sꝫ celestibus po-
testatib⁹ requiescens. Nam ꝛ in ho
minibus habitare dicit. sicut ait in
habitabo in vobis ꝛ in ambulabo i
nobis. Igitur isti apud barbaros
multarum sectarum inbuti racione
valuerūt scire qd̄ vbiq̄ de⁹ subuet
i nuocat⁹. ꝛ eum ꝓpheta nouā ꝯuer
sacōnē id est eccl'e iā radiare ꝑspicit
ꝛ locoꝝ obꝑuacionē sēsim ꝛ figurati
imitādā eē testat. Sic oculi ꝑuoꝝ in
māib⁹ dn̄oꝝ suoꝝ. ꝛ sic ocl'i ācille i
māib⁹ dn̄e sue. Ita ocl'i nr̄i ad dn̄m
dū nr̄m donec miseat nob. Perspice
stabilē reuerēciā. in ꝯmotā fidē. nō
paruo tpe sese rogatos pollicētur.
sꝫ penni depcacōne ꝑuaturos ostē
dūt. ꝛ ido se ꝑuul' ꝯpararūt q̄b⁹ om
nis spes i dn̄oꝝ cura ꝯsistit. Nec ali
unde p̄sidiū ē. Quippe cū sine dn̄o
rū sollicitudine alimoniā sibi p̄para
ri. vestim̄ta suppeditari. om̄ezq̄ cō
moditatis curā nō d̄ eē ꝯfidunt. Et
hec a dn̄o donec recepint nō recedūt
ꝛ cū accepint gr̄as ꝯfitēt. ꝛ hec ꝑpe
tuo gerūt. Dauid igit demōstrare
festinans qd̄ a deo solo solacium po
stulant. ꝛ qd̄ perpetuo depcantur
et qd̄ nulla spe nisi d̄i misericordia ꝯ
solāt. ꝛ qd̄ sua bona tāq̄. ꝑuoꝝ pec
culia ip̄i debēt. posuit serui ꝛ ācille
ꝑsonā ꝛ q̄ antea inuitabāt ad deum
ꝛ nimio elati fastidio nō obtēpare
curabāt. sola calāitate corrigūt. ꝛ ca
ptiuitate mutantur. ꝛ se ab eo num
quā recessuros pollicentur donec
eius misericordiam mereāt. Donec
inquit misereat nobis. Nō dixit do
nec mercedem reddat. aut donec vi
cem restituat. sꝫ donec misereat no
bis. Et nos ergo cōtinua de preca-
cione debemus insistere. et si accepi
m⁹. ꝛ si nō accepim⁹. tam̄ nō receda
m⁹. Nā cū hoc facis icunctāter acci
pies. Nam si illi⁹ impij iudicis agre
stem mentē. vni⁹ vidue assidua ver
ba flexerunt. tu quam veniam po-
teris promereri. si ad fundendas

preces aliquo fueris fastidio superatus. inspice famulos dominoꝝ ve-
stigijs inherentes. et in ipsorum nutu sollicita obseruacione pendentes
Hos imitare. hos sequere. Obsequū domino quod debes exsolue. et seruicio tuo eū placare. festina. et omnia pretermittens illiꝰ precepta cōserua. et facile poteris sentire. q̄ poscis. Miserere nobis domine. miserere nobis. Quoniam multum repleti sumꝰ despectione. multum repleta est anima nostra. Vidisti mentem dolore contritam. salutari misericordiam deprecatur et ingenti se mole supplicij laborare proclamat. Sicut et daniel ait. Quoniam diminuti sumus vltra omnes gentes supra terram. Hoc et iudei clamabant. Omnes terminos calamitatis. excessimus. amisimus patriam. perdidimus libertatem seruitutis iniuria subingamur. Captiuitatis vincla sentimus. barbarorum tenemur obsequio. Contempti viuimus. suspecti anhelamus fame conterimur Siti rabie lacerамur. omne tempus tormentis exemptum est. ideo subueni. miserere. multum repleta est anima nostra. Et ipsa inquit anima iam defecit calamitatum continuatione. tantarum. Et multi quidem tollerabiliter paciuntur aduersa. nos autem eciam solacium sufferencie. amisimus. lugemus. lacrimamus. lamentacione conterimur Et quoniam datis sibi bonoribus non sunt vsi competenter. sed largitis beneficijs abusi virerunt. contrarijs corrigūtur. Et hoc deus vbiq̄ facit. Sic et adam cum paradisum vtiliter habitare noluisset. pulsum eparadiso emendauit. et coniugem pari honore gloriatam. postea seruitute deterioratam vtilem melio remq̄ constituit. Sic et iudeos libertate superbos. delicijs fastidiosos. iugo reddidit seruitutis. vt captiuitate diti. et iniurijs traditi corrigantur. Opprobrium exprobranciū. et despectio superbis. Hoc frequenter ad mittitur. hoc cottidie probatur. Semper superba cogitātes. repentina humilitate obruunt Nichil enim superbia detestabilius nichil arrogancia crudelius reperietur. Propter hanc temptaciones. propter hanc dolores. propter hāc gemitus. propter hanc mortale corpus est. propter hanc cordibus solicitudines ingeruntur. vt anima vndiq̄ tormentis obsessa. et crebris effrenata supplicijs. superbie cacumina derelinquat. Non ergo sufficit si aduenientе forsitan aliqua temptacione terreamur. cum scimus hanc esse pro nobis. sed prophete verba teneamus qui dicit. Bonum mihi domine qđ humiliasti me. vt discerem iustificaciones tuas. Calamitatem pro remedio. et vulnus promedela sentiamus. Et temptacionem prodesse noscamus. vt refici quieti possimus. Per dominum nostrum ihesum cristum. viuentem et regnātem cum patre et spiritu sancto in secula seculorum amen

Explicit Omelia de psalmo. c°. xx°ii°.

Incipit Omelia eiusdem de psalmo c.l.

Laudate dominum in sanctis eius. Alius inquit in sanctos eius alius in sanctificacione eius. Aut de ppl'o hic ait. aut ꝓpt̃ vitã sãctã ⁊ viros anctos aut ꝓpt̃ sacerdociũ. Vide liber quo fine cõcludit̃. ⁊ qua iusticia terminat̃ agnosce. Habuit de graciaꝝ accepcione principiũ. ⁊ terminũ de grãꝝ accione sortit̃. Ita eni decet. sic cõuenit. Debem⁹ benedictiõe sp et opũ et oracionũ principia finesq; munire. Et ideo paulus ait. Om̃e qd̃ facitis in verbo et ope. gracias agentes deo patri. Ideo et oracionis nostre ꝓfertur inde p̃fatio. nã dicentes pater noster. de ꝯcessis beneficijs grãs cõfitemur. ⁊ diuinas largitates hui⁹ vocabuli nũcupacione mõstram⁹. Nam qui dicit patrẽ eciã filiũ ꝯfitetur designat iusticiã. sanctitatẽ redempcõnẽ peccatoꝝ remissionem. concessionem spirit⁹ largitate. Nam hec debent omnia preparari. vt frui adoptione possimus et merito patrẽ inuocare valeam⁹. Michi aũt eciã aliud significare putatur dicẽs. in sanctis eius id est ꝓpter sanctos suos q; talẽ humano generi cõuersacionẽ pate fecit. vt homines angelos d'mõstraret. Et id'o postq̃ dixit in sanctis ei⁹ addidit infirmamẽto virtutis. Et ad eũ sentire arbitror sicut in p̃ore psalmo. Nã ⁊ sic̃ ibi ait. laudate eũ om̃s angeli ei⁹ hoc ⁊ hic facit dicẽs. laudate eũ infirmamẽto virtutis eius. qui estis infirmamẽto ei⁹. Nec cessabãt benedictionis sue participes celestes accipere potestates. Laudate eũ in virtutibus eius. Alius ait ꝑpotenciam ei⁹. ꝓpter virtutẽ ei⁹. ꝓpter mirabilia ei⁹. ꝓpter fortitudinẽ ei⁹ que per terrestres et celestes potestates que cõmũiter. que singilatim que ꝑpetuo demõstratur: Laudate eũ scd'm multitudinẽ magnitudinis ei⁹. Sz dicis. Quemadmodum laus poterit eius magnitudini coequari. Nõ hoc ait sed vt eius magnitudinem cogitans inquantum possis ad ei⁹ laudem animosus accedas. Et licet digna tante amplitudini benedictio ꝓfessione quieuerit. hac tamen tante consideracione virtutis. oracionem laudis debemus agere. Vidisti animi religiosum desiderium. Vidisti inflammatam mentem pia contencione humanam velle fragilitatem superare. et terra quodam modo derelicta ipsius celi altitudinem affectare. et sese deo affectacione nimia coniungere festinare. laudate eum in sono tube. alius ait personum cornu. Laudate eum in psalterio et cijthara. ali⁹ ait. in nabla ⁊ lyra. Laudate eum in tympano et choro. laudate eum in cordis et organo. Alius ait et cijthara. Laudate eum in cijmbalis bene sonantib⁹ laudate eum icymbalis bene timẽtib⁹ alius ait designacionibus. Omnis spiritus laudet dominum. Ali⁹ ait respiracio cuncta mouet organa sonos commemorat vniuersos. vt ex omni parte mens humana laudis ardore succensa. et diuersis sonorum mijsterijs inuitata benedicionis verba percantari festinet. Et sicut in dei iubebantur omnis organi sono laudare dominũ. sic nos

omni corpore laudare ꝓperem⁹. oculis. ligua. auribus manibus. Hoc debemus efficere. Et sic homo cythara. corde membro. ⁊ sonos canticorũ consciencie imitet affectu. et animus mgr̃ attendat. ⁊ pulset pectora ⁊ son⁹ reddet ad celũ. Ido et paulus dicebat Prestate corpa vestra sacrificiũ viuũ. beneplacitũ. racionabilẽ culturam deo. Ocul⁹ deo prestat obsequium. si turpia declinet aspicere. Et ligua merebitur p̃miũ suũ. q̃ndo bñdictõib⁹ occupat Et audit⁹ placebit deo. si se detractionib⁹ nõ patit cõmisceri. Et mẽs eleuatur ad celum. si malis consciencijs non polluatur. Et pedes laudare deum poterũt. si cursum suũ ab omni malicia reuocare festinent Et manus benedicunt. si rapinis renunciauerint. si ad misericordiã ꝓperauerint. Sic facit homo cytharam omni ꝑte perfectam. sono spiritali decoratã. celesti placiturã auditui. Nam iudeis ideo diuersos sonos fuerat habere ꝑ missum ꝓpter infirmitatem cordis sui. vt organis saltim imutati. ad caritatẽ miscerẽtur. Et diuina ꝑmissione fuit. vt q̃ deliciosis mentibus tepida cogitabam. ⁊ dissimulacionis negligencia p̃mebãtur. voluptarijs cõuersacionibus inherentes. sic saltim aliquid spernerent vanitatis. Et quid est cymbalis. Designatione psalmi. Non enim tãto sono vtebãtur cymbaloꝝ non tantũ cytharis delectabãtur. sꝫ cũ cymbalis. cũ tuba. cum cyhtera. ꝑsalmos quoqꝫ cũ sua d̃signacione cantabant. Et labor ille ac voluntatis instãcia lucrũ ꝯmodũqꝫ portabat. Omnis spiritus laudet dominum. Et quia celestes potestates nominat. ⁊ qꝛ ꝑplm excitauit vniuersum. qꝛ organa cuncta cõmouit. omnẽqꝫ ad laudem naturã incitauit. viros ⁊ feminas. senes ⁊ iuuenes. pueros et infantes. et om̃s vndiqꝫ mundum habitantes. ad canticum benedictiõis hortat. Et hic semina noui testamenti dispargens Laud̃m⁹ ergo deũ ⁊ agẽtes gracias nullis momentis deuincamur horarum. sed verbis et rebus sacrificium benediccõis offeram⁹. Hoc ministeriũ congruũ est. hoc angeloꝝ sũme conuersacionis imitat obsequiũ Et si laudando eũ in uigilam⁹. eciam futuris bonis ꝑfrui poterim⁹. Gracia et misericordia domini nostri ihesu cristi. ⁊ dilectio patris ⁊ sanctificacio spiritus cum omnibus nobis. amen.

Explicit de psalmo. c. l. Incipit Omelia Sãcti Johannis de beato Job

Verũtamẽ fratres karissimi intendat caritas vestra quid dico quando audiuimus librũ sancti iob. ꝑcepimus qd̃ ꝑditis reb⁹. ꝑditis filijs nec ip̃am carnem que illi sola remãserat. saluã potuit obtinere. sꝫ ꝑcussus graui vulnere a capite vsqꝫ ad pedẽs sed̃bat iob istẽcore putrescẽs vlcere sanie fluens. vermib⁹ scatẽs tormentis accerbissimis doloꝝ cruciatus. Si nobis sic nũciaretur vniuersa ciuitas. nullo ibi sano ingrauissimo vulnere cum sic putrescere

vermibus viuos quomodo mor-
tui putruerũt. q̃d esset grauius hoc
mea illud bellũ tã graue eẽ puto qđ
mitius in carne humana ferrũ seui-
ret quoniã vermis. tollerabili⁹ de
vulneribus sanguis erumperet. q̃m
de putredine sanies distillaret. Ca-
dauer corrumpi respicis ⁊ horrescis
Sz ideo minor pena. immo ido nul
la pena. qđ absens anima. At vero
in iob p̃sens aia que sentiret. ligata
ne fugeret. subiecta. vt doleret. con-
puncta. ut blasphemaret. Sustinuit
tamẽ tribulacionẽ iob. et deputatũ
est ei ad magnã iusticiã. Nõ ḡ quis-
q̃z. attendat q̃d paciat. sz q̃d faciat
hõ. i eo qđ pateris. potestas tua nõ
est in eo qđ facis volũtas tua vl' no
cens. vl' in nocens est. Paciebat iob
et stabat mulier relicta sola nõ ad
cõsolacionẽ nõ que afferret medici-
nã. sz que moneret blasphemiã Dic
aliq̃d i deũ. et morere. Videte frs
kmi quẽadmodũ illi mors bñficiũ
fuit. ⁊ tale bñficiũ nemo illi dabat.
Sz in hijs omib⁹ que sancta anima
sustinebat. paciẽcia exercebat. fides
ꝓbabat. mlr cõfundabat. Specta-
culũ magnũ. ⁊ in illa feditate putre
dinis p̃clara pulchritudo virtutis.
vastabat latẽter inimicus. aperte ma
lum suadet inimica. adiutoriũ dia-
boli non mariti. Eua noua. sed ille
non vetus adam. Dic aliq̃d in deũ
⁊ morere. blasphemando extorque
qđ p̃cando non potes impetrare.
Locuta es inquit tanq̃z vna ex in-
sipientibus mulieribus. Attendite
verba foris putrescentis intus inte
gri. Locuta es inquit tanq̃z vna ex
insipientibus mulieribus Si bona

ꝑcepimus de manu domini. quare
⁊ mala nõ sustineam⁹. Pater ẽ. nũ-
q̃d nã amãd⁹ est blãdiẽs. ⁊ respuẽ
dus corripiẽs. Nonne ip̃e est pater.
et imponẽs disciplinã. Cogita quos
libz cruciat⁹ extende animũ i q̃libz
in hac vita penas humanas. cõpa-
ra gehennas. ⁊ leue est om̃e qđ cogi
tas. Hic tẽporal'. ibi etern⁹ et q̃ tor
quẽtur. Nũq̃d ad huc paciũtur. q̃
illo tẽpore passi sunt. Diues aũt ille
ad huc apud inferos patit. arsit. ar
det. ardebit. viuet vsqz ad iudiciũ.
recipiet carnẽ nõ ad bñficiũ. sz ad
suppliciũ. Illas penas timeam⁹. si
dũ timem⁹. Quicq̃d hic passus fue
rat hõ si corrigat emẽdacio est. si nõ
corrigat duplex damnacio est. Et
hic em̃ luit penas tp̃ales. ibi expiet
eternas. Dico caritati vr̃e. fratres.
Martires sanctos laudam⁹. glorifi
cam⁹. ad miramur. dies eoꝝ pia so
lẽnitate celebram⁹. merita eoꝝ ve-
neramur. ⁊ si possumus imitamur.
Est ꝓfecto. est magna martirũ gl'ia
sz nescio vtrũ minor gloria fuit sanc
ti iob. Nec tam̃ ei dicebat thus po
ne. ijdolis sacrifica dijs alienis. nega
xp̃m. dicebat tam̃ si blasphemauerꝭ
putredo om̃is abscissura. sanitasqz
reditura ẽ. sz si blasphemaueris di-
cebat inepta ⁊ insulsa mulier. morie
ris. et moriendo tormẽtis carebis.
quasi vero morienti blasphemo nõ
etern⁹ dolor succederet. Mulier fa-
tua p̃sentꝭ putredinis horrebat mo
lestiã. eternã flammã minime cogita
bat. Ferebat ille p̃sens incendiũ ne
incurreret in futurũ. Tenebat cor a
mala cogitacione. linguã a maledic
to. seruabat anime integritatem.

in purtedine corporis. Videbat
q̄dē et iudiciū de se futurum euade
bat p̄stante xp̄o domino nr̄o cui est
gloria ⁊ imperiū in secula seculorum
Amen.

Explicit Omelia Sancti io. de beato iob Incipit Ome. eiusdē de ascēsione helie

Apud quosdam vete-
res reges moris erat
vt si quis fortiter pre-
ge fecisset in bello. et
corpus et animā picu
lis obicere. nō timuisset. curru atq;
alijs regie dignitatis in signib⁹ do
naret. Igit̄ reges terreni atq; mor-
tales. ita sibi deuotissimos remune
rare ꝯsuerunt q̄nto magis oīpotēs
de⁹ q̄ rex regū. et dn̄s dn̄oꝝ ē. heli
am suū tota se corporis et anime
deuocione zelantē. post multoꝝ la
borū sudores. post dirarū p̄secucio
nū grauissimas fatigaciones. post
tantoꝝ belloꝝ magnas illustresq;
victorias. optima demūdo et dia-
bolo spolia referentē. igneo curru
atq; equis flāmantib⁹ impositū tri
umphali gl̄ia p̄fulgente. ad sua reg
na voluit p̄uenire. Oportebat nāq;
errantis ppl̄i rectorem. gubernato
rem sacroꝝ moderatorē discrepan
ciū voluptatū. isrl̄is aurigā. qui ad
iugū timoris dei q̄m ad lasciuos et
vagos animos reuocauit. Frenis lo
risq; astrinxit et aditer discipline
recto tenore currendū cōcordi q̄dā
copulacione cōposuit. ad regna ce
lestia curru atq; equis transuolaret
euectus. Hinc poetas atq; pictores
in figuranda solis imagine exēpla
credo sumpsisse Qui curru atq; eq̄s
fulgentib⁹ ipse rutilans atq; radiās
et fluctu occeani subleuatus. inter
preruptos moncium scopulos eua
dens quasi ad celestia videtur ascen
dere in similitudinem nominis ei⁹
inductus. Sol enim greco sermone
helios appellatur. Unde helias ve
re helios q̄m curru atq; equis ful-
gentibus igne de occiani fluctu id̄
de mundi commocione per mon-
cium scopulos. idem per magnorū
laborum difficultates progrediens
ad celestia deuect⁹ ascendit. Huic
celestis ignis non modo currum q̄-
drigaꝝ subprebuit ad superna. ve-
rum eciam iussis eius obsecut⁹ se pe
monstratur. Armatum deniq; mili
tem qui accipiendum eum ab in p̄-
bissimo rege fuerat destinatus eius
succēssiōe celo lapsus ignis absump
sit. ad puniendos idolorum quoq;
sacerdotes vere diuinitatis index
de celo ignis hoc orante descendit.
Quantum iste ergo gehenne igni-
bus illusisset. qui sic celestibus assue
uerat temperare. Igitur postremo
currus ignei simul ⁊ equi profectuꝝ
de seculo prophetam prestolantur
intenti. Qui opifex hunc currum.
que manus illas rotas in orbis vo
lumine circum egit. Temonem pro
tendit. iugum insuper aptauit. cete
raq; composuit. cum materies om
nium vnus ignis arderet. Que re-
gio illos equos quaue stirpe proge
nitos quorum natura ignis desti-
nauit. Si animalia dixeris. ignis oc
currit. Si ignem credideris. forma
se animalis opponit. Aliud tibi for
ma. aliud tibi natura demonstrat

Si animalia contrectare velis. ig-
nis vrit Si ignem refugis. animalia
non credis Ridiculosa sane genciũ
semp oppio diuersas aialiũ formas
currus atq; alias res in theatris fer
uẽtissima semp nata singulari q̃dã
p̃dita soliditate cõstituit. Sed nos
tam vere currũ et equos fuisse. qm̃
vere fuerit ⁊ ignis credẽtes ac ꝓfitẽ
tes. neq̃q̃ gẽtiliũ uanos cõfirmare
videmur errores Que autẽ apud
nos isti⁹ ignee forme nacio fuerit vl'
origo. paulo post dicem⁹. Interim
ex inꝓuiso currus et equi apparue-
re flãmantes Quis hos ad heliam
ꝑduxerit equos. quis illis tãtũ subi
to cursum statuit. quis iter suũ in
aere currentib⁹ demõstrauit Quo
currũ dirigerẽt. vbi aer ille on⁹ ex-
poneret. nullus omnino p̃ter q̃ sa-
pit. soli aũt equi subito veniũt. he-
liã vt viderũt subsistũt ⁊ ut ascensu
ro currũ preberent. terga sponte cõ
uertũt Stati vero pio onere suscep
to in auras ventosq; ꝓsiliunt et ra-
pidis ꝑ inane passib⁹ aeris spacia
corripiũt Hoc illis aer qd̃ campus
erat Hoc inane qd̃ terrenũ. qd̃ di-
cas an aliter dicas Vbi rogo alter
nos figũt pedes. dũ citis saltib⁹ glo
merãt cursus. qd̃ est in aere solũ. qd̃
duro calcib⁹ cornu feriũt Vbi rota
rũ istabil' illa sic currit inuersio. vt im
petu globoso cõtinuo in semet volu
bilitate redeunte. radioꝝ tibi discri
mine velox vertigo cõfusa luce surri
piat. ut omnino dubitare possis an
currãt. Mirũ ꝓrsus et incredibile pe
ne spectaculũ equis currere supinis
vtiq; ad regna celestia tẽdentibus
Stat secus auriga nec fundit. s; oia
ignis erat. qui leuitate nate et ꝑma
ne discurrit et ad suꝑna semꝑ insur
git Hoc ip̃m magis mirũ est tenue
ac liquidũ corp⁹ ignis solidũ auffer
re potuisse. aut ambulare nõ potu
isse. Stat itrepid⁹ suꝑ ignẽ ac ratẽ
nec icalescũt omnino vestigia Totũ
corp⁹ ignis ambit nec ledit. ꝑcolla
ꝑ latera. flãma discurrit inoxia Mi
ra ꝓrsus racio hominẽ et illicita iti-
nera petẽtẽ. ignis euehit ⁊ munit. ⁊
q̃cq̃d celestis nate est iustoꝝ itinera
sꝑ obsidere noscũt Cõtra quos apl's
nos paul⁹ istruit Nõ ẽ vob̃ inq̃t lu
ctacio aduersus carnẽ ⁊ sanguinẽ. s;
aduersus p̃ncipes haꝝ tenebraꝝ.
aduersus spiritalia neq̃cie i celesti-
b⁹ Quis itaq; putat hos om̃s spc̃
vagos iq̃etos. ac sꝑ ex somnes cũ tã
to ⁊ tã p̃fulgẽte triũpho. heliã ꝑ ae
rẽ trãseũtẽ ignorare potuisse Accur
rũt om̃s. nouũ mirãt spectaculũ. ho
minẽ vidẽt. dubitãt. cõmi⁹ accedere
cupiũt Ignẽ metuũt. ⁊ si q̃s iꝓboꝝ
fuerit. pl⁹ i eũ custos ⁊ vector exarsit
Quacumq; d̃ inde curr⁹ ipetũ tule
rat. spc̃ nũc metu dẽsãt i agmina.
nũc dispsi veniẽti locũ turpi fuga ci
ci⁹ dereliquũt Ignis est ista natura
an aliq̃ illa cẽsura v̇sat. vt vn⁹ atq;
idẽ ignis ꝓphete volũtatẽ tribuerit
hostib⁹ minaret icẽdia. Hoc quo
magis credas babylõi⁹ te camin⁹
edoceat. q̃ vno eodẽq; momẽto iu
stis refrigeria. iiustis vero mouebat
icẽdia Qui etiã ille ip̃e latro ip̃e p̃n
ceps i summa aeris arce residẽs. ve
luti ꝑegrina sua trãseũtẽ mirat stu-
pet. ac sic deind̃ secũ ip̃e volutat ⁊ q̃
rit Verũ ne istud ẽ qd̃ video. an ali
quid erit quod meos fallere possit

obtutus. equos atq; currum video choruscantes. ignes rutila luce fulgentes. et qd magis mirādū sit hominē desup īsistere. equos agitare nec ledi Quid tñ istud ē qd sic mihi mēs cōfusa t̄bat. vires torpēt. conat⁹ om̄is ifringit̄ Obuiā ꝓcurrere cupio nō possum solita tela torquere Conor. nō valeo Nō sine cā ē. qd sñ cōgressiōe afficior. qd solo vicor aspectu Quis tñ iste sit. curru ꝓpinq̄nte iā cognosco Ip̄e eū fulgor q̄ celabat ostēdit Heliā video. helias iste ē Agnosco fortissimū bellatorē sz de me fateor sepe victorē Quociēs ego illi ⁊ qm̄ fortit̄ i bellū cōgressus. quociēs ineū milites quoq; meos irat⁹ armaui. quociēs armis p̄ssi pepuli. fugaui. fame. siti. solitudie fatigaui. vicere tñ nō potui Quin immo acrior redit ad pugnā. et ineptas inermesq; legiōes meas crudeli strage d̄iecit O regis mei miſa ac sp d̄flēda cōdictio O virt⁹. ip̄a suis se armis frequēter expugnās. ꝓ dolor Hostes meos ip̄a q̄ d̄dero vulnera faciūt sepe victores Qd si meū vicere ꝑdere ē. nō tibi satis ē heliā tociēs iterris regē famosum vicisse nūq̄d ⁊ hee regna me iterꝫ expugnatur⁹ inuadis. me iterꝫ petis. me terribil̄ ac metuēd⁹ iquiris. Tibi cedēs. tueq; robur virtutis effugiēs adhāc aeris arcē tāq̄ adtutissimū p̄sidiū vbi null⁹ vnq̄ mortal̄ accessit cōualui. nec hec michi iā tuta sedes est nec hic licet iā sine timore cōsistere. Qd si qd credere magis libꝫqꝛ hac iter ad celū est. summū regē visur⁹ ascēdis. nō iuideo. nec tibi iā tociēs vict⁹ obsisto. Felix de me ꝑpetuo triumphatur⁹ in regno. Nūc iā delectissimi curr⁹ equoꝝq; igneoꝝ ut supi⁹ ꝓposuim⁹ rōnē breuit̄ exponā⁹ Scriptū de deo est Qui facit angelos suos spirit⁹. ⁊ ministros suos ignē vrētē. Hoꝝ nat̄a cū sit conuertibilis. i eas se formas vertūt. que ꝓsunt causis ob quas dirigūt̄ necessarie. dixim⁹ iā quib⁹ ex causis oportuerit heliā sic ad supna trāsferri. ⁊ ideo hic ignis ē. q̄ ⁊ ministri dei et ip̄i⁹ iussiōe heliā leuatur⁹ ad celū. curr⁹ ⁊ equoꝝ forma executur⁹ iussa suscepit. Igit̄ si helias curru atq; equis igneis ad celestia trāsuectū se gl̄at̄. q̄nto magis maior hec quam credidim⁹ gl̄a est. ip̄m scilicet dñm de inferis de diabolo de mdo omnib⁹ mūdanis virtutib⁹ tā gloriosum tropheū ferētē. nulla angl̄oꝝ opa. nulla adminiculo ministroꝝ. ñ ad celū sz ultra om̄s celos sola sue maiestatis ascēdisse potēcia Qd e vos q̄dē q̄ ad cōsequēdū dei mun⁹ acceditis. tota fidei deuociōe credētes. ꝑcipietis ea que de⁹ pater datuꝝ se credētib⁹ ꝓmisit. ꝑ xp̄m dñm nr̄m. cui ē gl̄a insecl̄a scl̄oꝝ Amen

Explitic Omelia de ascēsiōe helie Incip. Om. S. Jo. epi. de natiuitate vii mcchabeo.

Quam speciosa et grata ciuitas nobis enituit. ⁊ toci⁹ anni dieb⁹ splēdidior dies hodierna p̄fulget. nō de vsitatis solis radijs illuminata p̄clari⁹ sz de lumine martirū. sup̄ coruscum fugoris micātem illustrata sublimi⁹ Multis eteni solib⁹ illustriores sūt

mali fecerit. ſola in illo condemnat
ſuperbia. Infeliciſſime hominum
mortem corporis tui vides iacere
ante ianuam et non miſeris Si dei
ꝓcepta non conſideras ſaltem miſe-
re condicioni tue. et time ne et ipe
talis efficiaris Quid ſeruas indeli-
cijs tuis quod ſupfluum eſt Quid
iactas tribue in elemoſinam Nõ di
co vt aufferas diuicijs tuis· q̃d iac
tas foras. micas menſe tue. ꝑbe ele
moſinam membro tuo Qui iacebat
ad ianuam eius Ideo iacebat ad ia
nuam. vt crudelitatem diuitis i ſuo
corpore demonſtraret Ideo iace-
bat ad ianuanuam ne dines dice-
ceret non vidi in angulo fuit. aſpice
re non potui. nemo mihi nũciabat
Jacebat ante ianuam. videbat illũ
et exiens et reuertens Eo tempore
quando te greges ſeruorum et dien
tum· ſequebantur. ille iacebat in
vlceribus Si oculi tui putridas car
nes aſpicere non dignantur. ſaltim
aures vocem audiant Qui iacebat
ad ianuam vlceribus plenus Non
habebat vnum vlcus totum corp⁹
vlcera erant. vt magnitudo penarũ
faceret magnitudinem miſericordie.
Qui iacebat ad ianuam eius vlce-
ribus plenus. cupiens ſaturari de
micis que cadunt de menſa diuitis
Egrotacio habꝫ aliquod ſolacium
ſi opus habꝫ Sin autem ad infirmi
tatis magnitudinem. eſt pauper-
tas. duplex infirmitas. Egrotacio
ſemper delicata ẽ. ⁊ indelicatas res
accipere non poteſt q̃ faſtidit Quã
ta vero in iſto pena eſt. et inter tãta
vulnera. non meminit dolores pla

garum. sed famis Cupiens saturari
de micis que cadunt de mensa diui
tis. quodammō dicēs ad diuitem
Sufficiūt michi mice mēse tue Ad
picis de mensa p̄be elemosinam fac
de damno lucrum Sed ꝛ canes ve
niebant et lingebant vlcera eius. q̄
nullus hominum lauare dignabat.
et trectare. fere mites lambiūt Fac
tum est autem vt moreretur men
dicus et portaretur ab angelis in si
num abrahe Mortuus est autem et
diues. et sepultus est in infernum.
Eleuans oculos Audiuimus. quid
vtriq; in terra passi sunt. videam⁹
q̄d vtriq; eo⁹ paciant apud iferos
Quod temporale fuit p̄teriit quod
sequitur eternum est Vtriq; mortui
sunt Illum angeli istum pene susci
piunt Ille portabatur in humeris
angelorum. iste fertur ad penas. Il
lum abraham leto sinu excepit. istū
tartarus vorat Et portaret ab an
gelis Tante pene repente delicijs o
mutantur. Et portaretur ab angel
et adduceretur. ne saltē ambulans
laboraret Portabatur post tantos
labores quia defecerat. et portabat
ab angelis Non sufficerat ad portā
dum pauperi vnus angelus. sed p
pterea plures veniunt. vt chorum
leticie faciant Et portaretur ab an
gelis Gaudet vnusquisq; angelorū
tantum onus tangere. libenter tali
bus oneribus p̄grauantur vt ad
ducant homines ad regna celorū
et ductus est. et portatus est in sinū
abrahe Non iuxta abraham. sz in si
num abrahe. vt illum palparet. vt
illum refocilaret. vt illum quasi cle
mentissim⁹ pater teneret i sinu suo
et refocilaret. Mortuus est autem
et diues. et sepultus est Reuersa est
terra in terram suam Et in inferno
eleuans oculos Lazarus enim sur
sum erat. ille deorsum Eleuauit ocu
los vt illum suspiceret. non vt despi
ceret Eleuans oculos suos cū esset
in tormentis totus. In tormentis
erat. oculos solos liberos habebat.
vt alterius leticiam posset aspicere
Propterea dimittuntur oculi libe
ri. vt magis torqueatur quia nō ha
beat quod alius habet. Aliorum di
uitie. eorum qui in paupertate sūt
tormenta sunt Eleuans oculos su
os cum esset in tormentis. Illū plu
res angeli portant. istum tormenta
possident. Cum esset in tormentis
Nō dixit in tormento. sz in tormen
tis Diuicie et auaricia talia p̄mia su
scipiunt Videbat abrahām a lon
ge. et respiciebat vt tantummō tor
queretur Et lazarum in sinum ei⁹
Paradisus paupis. sin⁹ erat abra
he Abrahām alonge et lazarum in
sinu ei⁹ Dicat michi aliquis. In in
ferno est paradysus Ego hoc dico.
quia sin⁹ abrahe paradysi veritas
est Sed et scissimū paradysum fa
teor Et ipse damans dixit Magne
enim pene magnam vocem redde
bant Pater abrahām miserere mei
Pater abrahām. licet me tormēta
possideant. tamen patrē voco. quo
modo ille filius qui p̄diderat vni
uersam substanciam patrem vocat
sic et ego licet in penis sim te patrē
voco Patrem te voco natura. licet
meo vicio te patrē p̄diderim Mise
re mei. In inferno autem quis con
fitebitur tibi. Frustra agis penitēciā

in loco vbi non est penitencie locus
Tormenta te cogunt agere penitē-
ciā. non mētis affect⁹ Miserere mei
Sanctus quidem est abraham. san
ctus est. et beatus est. et omnes in il
lius sinum ire festinam⁹. Verum q̄
cumq̄ in inferno est. et in regno ce-
lorum est nescio an valeat misereri.
Creator. creature miseretur sue. vn⁹
venit medicus qui sanaret mortu-
os. nam alij sanare non potuerunt.
Mitte lazarū vt i tinguat extremū
digiti sui in aquā. Mitte lazarum.
Erras miser Abraham mittere nō
potest. sed suscipere potest. Ut in-
tinguat extremum digiti sui i aquā
Recordare diues vite tue. Lazarū
videre non dignabaris. et nunc di
gitum eius desideras. Mitte lazar
Hoc tu ei debueras facere. dum ad
uiueret. vt intinguat extremum di-
giti sui in aquā Vide conscienciam
peccatoris Non totū audet posce-
re digitum Ut refrigeret liguā meā
Multa enim suꝑbia locuta est. Vbi
peccatum. ibi et pena. vt refrigeret
linguā meam. quia crucior in hac
flamma. Quāta mala lingua habz
iacobus in epistola sua loquitur.
Modicum quidem menbrum est.
sed magna exaltat Qua plurimum
peccauit amplius torquetur Aquā
desideras. qui delicatos cibos ante
fastidiebas. Et dixit illi abrahā. Fi
li recordare quia recepisti bona tua
in vita tua, Vide quid dicat bona
tua. ceterum bona non sunt. Que
putabas bona recepisti Nō potes
et in terra regnasse. et hic regnare
Diuicie nō possunt esse ⁊ in terra ⁊
in inferno Et lazarus similit̄ mala

Si quando egrotamus. si pauꝑes
sumus. si egrotacione conficimur. si
frigore. si hospicium non habemus
letemur. gaudea⁹. accipiam⁹ mala
in vita nostra Quando nos infir-
mitas et egrotacionis magnitudo
prem t. lazarum cogitemus. ⁊ in
hys omnibus inter nos et nos cha
os magnum firmatum est Dissolui
non potest. non potest agitari et cō
cuti Videre possumus transire non
possumus Et nos videmus quid
fugerimus. et vos videtis quid per
dideritis. Et nostra gaudia cumu-
lant vestra tormenta. et vestra tor-
menta cumulant nostra gaudia Et
ait illi. Rogo ergo te pater. Adhuc
miserabilis patrem vocat. Rogo g⁹
te pater. Ante rogasses eum qui ve
rus erat pater noster Noueras pa-
trem. qui despiciebas fratrem. Ut
mittas eum in domū patris mei.
Vide ꝑuersitatem Nec in ip̄is pe-
nis cōtinet veritatem. Vides enim
quid dicat. Rogo ergo te pater. Er
go pater est abraham. et quomodo
dicis mitte eum in domum patris
mei. Non oblitus es patris tui. nō
es oblitus quia pater ille te ꝑdidit
Qūo illum habuisti patrem. ꝓpter
ea habes quinq̄ fratres. Quinq̄ fra
tres habes. visum habes. odoratū
habes. saporem habes. auditū ha-
bes. tactū habes. His fratribus tu
ante seruisti. istos habebas fratres.
Quando illos amabas fratres. La
zarum fratrem. amare non poteras
Recte n̄ amasti lazarū fr̄ez q̄a illos
amabas fratres illi fr̄es non amāt
paupertatem. Frater tuus erat ocu
lus. frater tuus erat auris. fr̄ tuus

erat odoratus frater tuꝰ erat sapor frater tuus erat tactus. Hi fratres tui amabant diuicias. non poterant videre paupertatem. Habeo enim quinq; fratres. vt testetur illis Illi te fratres in hec tormẽta miserunt. illi fratres saluari non possunt. nisi moriantur. Ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum Quid saluare vis illos fratres qui non amant paupertatem. Necesse est ut fratres habitent cum fratre suo Et ait illi Habent moysen et pphetas. audiant illos Quid queris vt vadat lazarus Habent moysen et pphetas Et moyses et prophete abierunt in speluncis suis et i ãtris et in caprinis pellibus. et illi erant pauperes sicut lazarus. et illi erant in calamitatibus et illi sustinebant famem Quid queris vt mittam lazarum Habent ibi moysen lazarũ. habent ibi pphetas lazarũ. ꝛ moyses lazarus fuit. pauper fuit. nudꝰ fuit. Meliores diuicias esse arbitratus est paupertatẽ xpi. quam diuicias pharaonis. Habent et pphetas habent ieremiã qui in loco luti mittitur. ꝛ pane tribulacionis vescebat Habent omnes pphetas. illos audiant. illi cottidie hoc est moyses ꝛ pphete contra quinq; fratres tuos predicant. illi eos doceãt. illi eos instituant. illi vocent oculũ. Et qd ei dicant Ne videas carnaliter. sed vide spiritaliter Quod vidimus inquit. qd audiuimus. qd manus nostre palpauerunt de sermone dei. Ille docet etiam aures. Ille docet etiam odoratum. ille docet et iã saporem Oĩs pphete oĩs sancti istos fratres docent Et dixit illi Nõ pater abraham. sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitenciam agẽt Dum nescimus. hic dogma monstratur Aliud qdem dicitur sed significatur aliud. Scit fratres istos non posse saluari. nisi aliquis ab inferis resurrexerit Deniq; iudei q tãtum moysen audiunt et pphetas. ꝛ nemo eis resurrexerit ab inferis. propterea fratres istos saluator noster habet. Sed siquis ab inferis ierit ad eos penitenciam agent Si quis ierit ab inferis Nescio qui iturus sit Non enim mercor in penis constitutus eum nosse. qui resurrecturus est Sed hoc scio quia qcũq; resurrexerit a mortuis et pdicauerit. ille poterit istos fratres saluos facere. Ille saluauit aures. ille enim dicit. Qui habet aures audiendi audiat Ille saluauit oculos. ille eĩ dicit. Lucerna corporis tui. est oculus tuus Ex illius ore apostolus loquitur Christi bonus odor sumus deo Ex illius ore loquitur et psalmista dicens. Gustate et videte quoniã suauis est dominus Ille saluauit et tactum. Quodammõ de istis omnib; fratribus iohannes loquitur. Qd vidimus inquit. qd audiuimus. qd manus nostre palpauerunt. Istos fratres resurrectio saluauit domini. Deniq; isti fratres et in nobis erãt anteq̃m xpc nobis resurgeret Oculus meus videbat male. dncebat me post vestigia meretricis Simpliciter videre non poteram alterius pulchritudinem. erat flamma mea michi Aures antea pene erant Delectabar eni canticis. et turpia vba

libenter audiebam Odoribus de-
lectabar non quidem bonis. sz ma
lis quia interficiebāt animam meā
Gule mee non poterant nec terra
nec maria sufficere Gule mee om̄ia
seruorum ministeria apparebant.
Tactus meus me ducebat in capti
uitatem. mulierum conplexibus d̄
lectabar Videtis quomodo isti fra
tres ante q̄m xp̄c resurgeret me du-
cebant in mortem. ille mortuus est
et ego vixi. Ille mortuus est. et isti
fratres surrexerunt. Immo ꝓpter-
ea mortui sunt vt viuerent Mortui
sunt carne. vt viuerent spiritu Nūc
oculus me⁹ xp̄m videt. nunc auris
mea xp̄m solum audit. nunc sapor
illum gustat. odoratus illum odo
ratur. tactus meus illum amplectit̄
Ait autem illi. Si moijsen et ꝓphe-
tas non audiunt. Videte quomō
sermo domini animā erudiat dog-
mate Nec exeo qd̄ dixeramus non
posse saluari fratres istos. nisi aliq̄s
a mortuis resurrexerit. locum dede
ramus marcioni et manicheo. qui
destruunt vetus testamentū. Illi eī
dicunt nō posse saluari animam.
nisi tantum ꝑ euangelium. vetus d̄
struunt testamentū, Abraham vero
nunquid eum destruit qui resurre-
cturus est. Non em̄ dicit audiant
moijsen ꝓphetas Quid spectas eū
qui resurrecturus est. Si em̄ hoc di
xisset. destruxisset euangeliū Sz q̄d
dicit moysen et ꝓphetas non audi
unt. neq; siquis ex mortuis resurre-
xerit credent. Si em̄ crederetis mo-
ijsi. crederetis et mihi. Ille enim de
me scripsit Vide ergo q̄d dicat ab-
raham Bene q̄dē facis eū expecta-
re. q̄ resurrecturus est Sed ⁊ moy-
ses et ꝓphete. hoc ip̄m p̄dicant.
quod ille qui resurrecturus est Sed
in illis christus loquitur Si illos au
dias. et illum auditurus es. Multa
sunt que dicuntur. et psalmus mi-
sticus fuit qui lectus est. hoc est cen
tesimus tercius. et maxime illud.
Draco iste quem formasti ad illu-
dendum ei. et illud quod scriptum
est. herodij domus dux est eorum.
Omnia plena sunt sacramentis. et
non dico vna hora. sed dies vix suf
ficiet ad interpretacionē Qūo aūt
iam ingreditur quadragesima. si il-
lud tempus fuerit. et dominus de-
derit occasionem. et illius loci conа
bimur sacramenta disserere. nunc
sufficit nobis audire de lazaro. im
mo lazarum fuisse. et diuitem. et di
uitis nos tormenta detreant. ⁊ pau
pis exempla ꝓuocent. Anima xp̄i-
ana. anima monachi. anima eius q̄
nudus nudum xp̄m seq̄tur. quādo
aliquem diuitem viderit. quando
sibi applaudit in diuitys et in pō-
pa illum diuitem cogitet. conside-
ret vocem et clamorem diuitis. ⁊ la
zari digitum postulantem. Simul-
q; considerate qd̄ pene obliti fuera
m⁹ dicere Dicat enim aliquis ⁊ do
gma ꝑuersum inferat Hoc qd̄ vide
tur. ante iudicium videtur. an post
iudicium Dicat aliquis. Post iudi
cium Nam ideo et in pena est ali⁹.
alius in refrigerio Et quomodo di
citur. habent moysen et ꝓphetas.
Si autem ipse xp̄c docet. et qui loq̄
tur ipse est. et ante resurrectionē do
cet. et secundum interp̄tacionē no-
strā resurrectio xp̄i postulatur ergo

ante resurrectionem est. et dicat ali
qs. ergo ⁊ añ iudiciũ iudiciũ Do vo
bis aliquod exemplum. vt exẽplis
possumus cognoscere veritatem.
Finge aliquem in latrocinio deph̃ẽ
sum esse. hũc missum esse in carce
re tenebroso. hũc missum esse in ner
uo. ⁊ tormentis expectantẽ quidem
sentenciã. sed et non esse ibi sine pe
na Nam ex ipso loco intelligit. quid
passurus sit Licet enim nec dum su
scepit penam capitalẽ. licet necdũ
venerit dies iudicij. tamen de carce
re. de tenebris. desqualore. de fame.
de stridoribus catenarum. de gemi
tu compeditoꝝ. de lacrimis eorũ
qui cum eo sunt. intelligit inquali
pena sit futurus Si enim tanta pe
rum p̃mia sunt. quid futurum erit
inter ip̃a supplicia Si necdum ve
nit ad iudicium. et necdum pena ꝑ
fecta est. et desiderat aquam frigi
dam. quid in iudicio passurus est.
Simulqꝫ considerandum. qđ abra
ham apud inferos erat. Necdum
enim christus resurrexerat. qui illũ
in paradisum duceret. Antequam
christus moreret̃ nemo in paradisũ
conscenderat. nisi latro Rumphea
illa flammea et vertigo illa clau
debat paradijsum. Nõ poterat ali
quis intrare in paradysum. quem
christus clauserat. latro primus cũ
christo intrauit. Magnitudo enim
fidei. meruit magnitudinẽ premio
rum. Non enim credidit in regno
videns christum. nõ illum vidit ful
gentem. non illum vidit de celo re
spicientem. non vidit ei ministran
tes angelos. Certe vt libere dicam
non vidit libere ambulantem. sꝫ vi
dit eum in cruce Vidit illum biben
tem acetum. vidit eum sentib⁹ co
ronatum. vidit eum confixũ ad cru
cem. vidit eum p̃cantem auxilium
deus deus meus respice in me. q̃re
me dereliquisti. et sic credidit. O cõ
ditio varia. ⁊ casus hominum. apl̃i
secuti fuerant. ⁊ fugiunt. iste in cru
ce dominum confitetur O petre. o.
iohannes. qui dixeras Et si me ne
cesse est mori. nunq̃ꝫ te negabo. ꝓ
mittis et non facis. Ecce alius dã
natus in homicidium. qđ nõ ꝓmi
serat facit. Exclusus de loco es tuo
exclusit te latro Ipse p̃mus ingredi
tur cum xp̃o in paradysum. Ex la
tere diximus de latrone. neqꝫ enim
obliti sumus ꝓpositi. ꝓposueram⁹
enim de paradyso dicere. qđ ante
aduentum christi nemo fuerit in pa
radijso Reuertamur ergo ad ꝓposi
tum Latronis corona non nos er
rasse faciat. sed ꝓuocet ad coronã.
Abraham necdum erat in paradij
so. quia necdum xp̃c intrauerat cũ
latrone venit xp̃c et passus est. et mlt̃
ta corpora sanctorum resurrexerũt
et visa sunt in sancta ciuitate. Crux
cristi clauis paradysi est. crux xp̃i
aꝑuit paradijsum. nonne nobis di
xit qđ regnum celorum vim patitur
et violenti diripiunt illud. Qui in
cruce est non vim facit. nichil medi
um est. Et crux. et statim paradys⁹
sed magnitudo penarum. facit ma
gnitudinem premioꝝ Hec interim
diximus. dep̃cemur dominum vt
latronem et istum lazarum pauꝑ
em imitari possim⁹. Si ꝑsecutio ve
nerit. imitemur latronem Si pax fu
erit. imitemur lazarũ. Si martyriũ

fecerimus statim in paradysum Si paupertatis penam sustinuerimus statim in sinum abrahe Habet et sanguis. habet et pax loca sua. habet et paupertatis martyrium suum. et egestas bene tollerata facit martyriū. sed egestas ꝓpter christū non ꝓpter necessitatem. Ceterum quanti pauperes sunt. et diuites eē desiderant. et scelera faciunt. Non ergo paupertas simplex beatum facit sꝫ paupertas ꝓpter christum. fides famem non timet. Qui christū amat. non timet famem Qui christum habet. omnes secum diuitias habet. Negociator quidam sapientissimus vendidit vniuersam substāciā suam. ⁊ ceteras margaritas. et emit sibi vnam preciosissimam margaritam Habuerat quidam margaritas. et pulcherrime erant et p̄ciose Moÿsen habebat. esayam habebat. ieremiam habebat. et sanctos ꝓphetas. sed hec ad cōparationē christi. duxit ꝓ stercore. Unde dicit et apostolus Que inquit erant mihi ꝓ lucro. hec estimaui ꝓstercore. vt christum lucrifacerem. hoc est vt margaritam vnā emerem Unde ⁊ in alio ꝓpheta State in vijs. et querite viam Quasi diceret emite margaritas. et ꝑ margaritas vnam emite margaritam State in vijs et q̄rite viam Non dixit dimitte vias. sed state in illis vijs et querite viam christum. cui sit gloria in secula seculorum amen.

Explicit Omelia in lucam
Incipit Omelia in euangelio Johannis

De iohanne dicitur fuit missus a deo. vide que sit distantia inter deū. et hominem De deo. in principio erat verbū et verbum erat apud deum. et deꝰ erat verbum Videte quomodo piscator indoctus nouum verbum ꝓpetatis dixit sic de deo In principio erat verbum que iam locuti sumꝰ. Neqꝫ em̄ possumus eadē replicare De homine videte quid dicat. fuit homo missus a deo Videte q̄d dicat. fuit De filio dei erat. de homine fuit. De deo dicitur. in principio erat verbum. de dei filio verbum. de homine videte quid dicitur. Fuit homo Quia ergo homo ꝓpterea missus est a deo Cui nomen erat iohannes. Gratia in homine cōp̄henditur. Johannes enim domini gratia interp̄tatur. Jo enim dicit̄ dn̄i. ānā dicitur gratia Cui nomen erat iohannes. Quia maiorem accepit gratiam Propterea in heremo philozophatur. et reseruat se in aduentum christi quia nunciaturus erat christum statim in heremo nutritur statim ibi crescit. non vult cum hominibus conuersari. In heremo cū angelis philozophat̄. nouerat christum iohannes semꝑ esse venturū. Et non solum nouerat ab infantia sed in utero matris nouerat. etiam eum salutauerat Deniqꝫ scribitur. Exultauit infans in vtero matris sue. Vide quomō i utero matrꝰ cōstitutus. sensit aduentum domini. Considerate monachi dignitatem vestram Johannes princeps noster est. dogmatis ipse mūachus Stati

Johēs princeps est mōachorū

vt natus est .in heremo uiuit.in he
remo nutritur.xp̄m expectat in soli
tudine. Videte differentiam Eo tē
pore quo iohānes.natus est.et erat
inheremo.hoc templum quod vi
demus esse destructum . quantas
habebat diuitias.quid auri . quid
argenti.quid multitudinis Multis
scire quantā habuerit multitudi
nem . Josephus iudaice scriptor
historie describit eo tempore quo ca
pta est ierusalem. hoc est a uespasia
no et cito.dicit mille. et octingenta
milia vna die capta.videte quid di
cat Vbi tanti sunt capti.quanti ha
bitatores erāt.quanti sunt mortui.
quantos fames.quantos gladius.
interficitur . Deinde scribit hysto
ria.quantum auri fuerit in templo.
quantum argenti.quantum.gem
marum.quantum serici.quāti erāt
sacerdotes.quanti scribe.et diuer
sa genera officiorum. Videte quo
modo semp̄ xp̄ꝰ humilitatem dili
git Christus dei filius in templo na
scitur.et in heremo p̄dicatur. Hu
milis enim.humiles diligit Hoc to
tum quare dico Vt doceam dog
matis nostri principem esse bapti
stam iohannem . Felices sunt qui
imitantur iohannem . a quo inter
natos mulierum maior non fuit .
Expectabat christum. nouerat esse
venturum.oculi eius nihil aliud di
gnabantur aspicere Omnia per ip
sum facta sunt.et sine ip̄o factum est
nihil.quod factum est. Multi enim
male legunt.dicentes. Quod factū
est in ipso vita erat Sed ita disting
uitur. Omnia per ip̄m facta sunt et
sine ip̄o factum est nihil.q̄d factum
est Hoc est. Sine ipso quod factū ē
non est factum. Spiritus enim sanc
tus non est factus . ꝓpterea non ꝑ
ipsum est Spiritus enim sanctus q̄
fecit omnia . non est factus a domi
no Verbo domini celi firmati sunt.
⁊ spū oris eiꝰ oīs vt̄ꝰ eoꝝ.vides q̄a
duo sūt q̄ fabricāt.dimitto patrē q̄
de patre nulla dubitacio est.licet in
isto versiculo tres ꝑsone demonstrā
tur. Quando enim dicitur . verbo
domini celi firmati sunt.nominat .
id est verbum . nominat . et deum
patrē.et filiū. Ergo due persone di
cte sunt Verbo domini celi firmati
sunt.alijs verbis hoc dixit. Filio pa
tris.celi firmati sunt . et spiritu oris
eiꝰ omnis virtus eorum Ergo ma
nifeste in isto versiculo demonstrat̄
quod pater et filius et spiritus sanc
tus omnium creatores sunt. Om
nia per ip̄m facta sunt Si ergo om
nia ꝑ ipsum facta sunt.ergo exclu
sus est pater exclusus est et spiritus
sanctus et solus filius operatus est
Qm̄ ergo dixerat omnia per ipsum
facta sunt ne spiritꝰ sanctꝰ ⁊ patris
tolleret creacionē adiecit ⁊ sine ip̄o
factum est nihil q̄d factum est Qn̄
dicitur sine ip̄o nihil ostenditur q̄d
alius fecerit sed eum in isto nihil fe
cerit deniq̄ ⁊ sapiencia in ꝓuerbijs
q̄d dicit quādo p̄parabit celos ad
eram et centa et uita erat lux homi
num et lux in tenebris lucet et tene
bre eam non conp̄henderunt gene
raliter quidem d̄ conditore dicitur
d̄o qm̄ semper inter medias creatu
ras suas sit et tamen creatura non
intelligit creatorē suū specialit̄ aūt
dicit̄ de domino saluatore quoniā

In hoc verso vō dm̄ celi fir
mati sūt. et spū oris eiꝰ ꝛc
demōstran 3ᵒ ꝑ me dme

Oīa ꝑ ip̄m facta sūt et sine ip̄o factū est nihil. q̄d factū est ꝛ ꝓpom

hoc verbum quod erat deus ⁊ erat in deo · esset et iam in mundo. vt luceret in tenebris iudeorꝫ. et iudei q̄ sunt tenebre. non cōprehenderunt lucem Fuit homo missus a d̄o Breuiter de singulis dicamus. Fuit homo missus a deo. Videte significantiam ꝓprietatesq̄ verborū De deo quid dicitur De filio dei quid dicit̄ In principio erat verbū Qui erat principium non habet Qui erat n̄ fuit aliquod tempus quando non erat De iohanne licet vero sanctus sit. licet precursor sit. nō dicitur erat nō ei erat an̄q̄m nasceret̄ · n̄ erat an̄ quam precursor fieret. non erat an̄ quam conciperetur in utero Audiat hic et alia heresis. Non mittitur ille qui erat. sed mittitur et fit ille qui nō erat Quid dicit̄. fuit homo missus a d̄o Videte ꝓprietates verborū In principio erat verbū et verbum erat apud deum. et deus erat uerbū · Hoc erat in principio apud deū. Legimus et litteras seculares legimus platonē · legimus et ceteros philosophos · Piscator noster inuenit · qd̄ philosophus nō inuenit Si dixisset in principio erat deus filius. videbat̄ patrem exclusisse aut eciā duos deos facere · et nichil nobis ꝓderat degentibus. si reliquissemus plurimos deos · et credidissemus in duobus dys. Vide ergo quomodo paulatim. et prudēt̄ irrepit In principio non dicit erat deꝰ ne videret̄ deum ⁊ deū facere. d̄os duos iunctos. sed filiū verbū nominat Et dū dicit ip̄m v̄bū eē ī patre sic et filiū deum dicit. vt nō auferat vnum deū Ergo et nos qua raciōe

Piscator inuenit qd̄ phs nō inuenit

filium deum dicimꝰ. et vnū tam̄ deum dicimus in patre et in filio Sic ī patre et in filio. et in spiritu sancto triplex quidē est · sed vna diuinitas Fuit homo missus a deo · Johañes fuit qui ante non erat Factus est q̄ non erat Fuit homo non verbum Homo ideo fuit quia homo. verbū non fuit sed semper erat Fuit homo missus a deo In principio erat verbum Non mittitur homo missus a deo Quicquid ergo homo loquitur non auditur. qui mittit. Qui eī vos recipt me recipit. honor mittētis suscipit̄ in eo qui mittitur Fuit homo missus a deo. Quod nos dicimus missus greci dicunt. hoc est missus. quod dicitur lingua hebraica silaos Ergo vides quod iste iohannes ꝓpheta. non solum ꝓpheta sed ⁊ apostolus est Mittitur esaijas. apostolus fuit Ecce ego mitto me Missus a deo Pulchre dixit missus Dominus enim dicit in euangelio Omnes qui ante me venerunt. fures fuerunt et latrones Non dixit omnes qui missi sunt fures et latrones. sed qui per se venerunt Quid dicit omnes qui venerunt ante me Qui dicunt hec dicit dominus. et dominꝰ non misit eos isti qui venerunt ꝑ se. et non sunt missi. ipsi fuerunt fures et latrones. Iste ergo missus est a deo cui nomen erat iohannes. Et nomen ip̄iꝰ offitio conuenit Johānes enim interp̄tatur domini gratia Jo enim dicitur dominus. āna gracia Ergo iohannes domini dicitur gratia Quod missus est a domino accepit Hic venit in testimonium vt testimoniū ꝑhiberet d̄ lumie

Multa sunt que dicunt. sz excludi-
mur tempore Et verbũ caro factũ
est. et habitauit in nobis Verbũ ca-
ro factũ est. et qũo factũ est ignora-
mus. Adeo rationẽ habeo consciẽ-
tiam nõ habeo Scio qr verbũ caro
factum sit. et qũo factũ sit nescio. mi-
raris quia ego nesciebã Omnis crea-
tura ignorat Misteriũ em̃ qd abscõ-
ditũ fuit. in oib⁹ seclis in nr̃o seculo
reuelatũ est Dicat aliquis si reuela-
tũ ẽ. qũo te nescire dicis Reuelatũ
est quod factũ ẽ. ceterũ celat̃ qũo fa-
ctũ sit Denicz dicit esayas Genera-
tionẽ ei⁹ qs enarrauit. et qũo ip̃e di-
xerat. ecce virgo in utero cõcipiet. ⁊
pariet. dicit qd factũ sit. qñ aũt di-
cit. Generationẽ ei⁹ qs enarrauit.
hoc nob̃ oñdit. qm̃ nat⁹ qdẽ sit. sz
qũo nat⁹ sit ignoram⁹ Scã maria.
btã maria. mater et virgo. virgo fu-
it ante partũ. virgo post partũ Ego
hoc miror quomodo d̃ virgine vir-
go natus sit. et post nationẽ virgi-
nis mater virgo sit Vultis scire qũo
de virgine natus sit. et post natiui-
tatem mater ipsa sit virgo. Clausa
erant ostia. et ingressus est ihesus
Nulli dubiũ quin clausa sint ostia.
Qui intrauit p hostia clausa. non
erat fantasma. non erat spiritus.
vere corpus erat. Quid em̃ dicit.
Respicite et videte quia spirit⁹ car-
nem et ossa non habet. que me ha-
bentẽ videtis Habebat carnes ha-
bebat ossa et clausa erat ostia Quo-
modo clausis ostijs intrauerũt ossa
et caro. Clausa sunt ostia et intrat
quem intrantẽ non vidimus Und̃
intrauit Omnia clausa sunt. locus
non est per quem intret. et tamen
intus est qui intrauit. et non paret
quomodo intrauit Nescis quomo-
do factum sit. et das hoc potentie
dei Da potentie dei. quia de virgi-
ne natus sit et tamen ipsa virgo fu-
erit virgo post partum Legimus in
ezechiel in templi edificacione. por-
ta hec inquit orientalis que respicit
ad orientem semper clausa erit. et
nemo inquit intrabit per eam nisi
solus pontifex. Clausa est porta.
et nemo intrat per ipsam portam
nisi solus pontifex Sepulchrum sal-
uatoris in petra durissima fuerat ex-
cisum. in petra durissima que nul-
lam habebat molliciem. et scriptũ
est qm̃ in isto ipso sepulchro nullus
ante sit positus. sz nouum sepulch-
rum erat Manifestum quidem est
secundum literam quod factum est
et propterea in petra excisum est.
Debemus enim primum secundũ
literam dicere Et in durissimo lapi-
de fuerat excisum. et in nouo sepul-
chro positus est. et grandis lapis
positus est ad ostium. ⁊ custodia mi-
litum in circuitu. vt quantum for-
tius seruatur ne furari possit. tan-
to magis virtus dei appareat cum
resurrexerit Si enim sepulchrum fu-
isset in terra dicere poterant. suffo-
derunt terram. et furati sunt eum.
si fuissz lapis p̃uul⁹ posit⁹ dicẽ pot̃
ãt p̃u⁹ lapis fut ⁊ dormiẽtib⁹ nob̃.
tulerũt eũ. d̃nicz i euãgelio qd scptũ
ẽ. venerũt iqt alia die scribe ⁊ phari-
sei ⁊ sacerdotes. ⁊ venerũt ad pilatũ
⁊ dixerũt ei. dñe mag⁹ ille dicebat.
qm̃ surrectur⁹ ẽ Ne g⁹ veniãt disci-
puli eius et furentur eum et dicant
surrexit. ⁊ peior error fiat. q̃m modo

factus est. da nobis qui eum custo
diāt ne eū furent ⁊ dixit pilat⁹ Ha
betis custodiā. ite facite qūo vultis
Diligētia scribarū et hostiū ꝓdest fi
dei nostre Seruate pharisei seruate:
de⁹ includi nō pōt. de⁹ i sepulchro
teneri nō pōt Qui fecit celū ⁊ terrā
cui⁹ i pugillo terra est et celū. q̄ ap
pēdit mdm in trib⁹ digitis qd dicit
hebraice Qui ergo appēdit mdm.
vno sepulchro nō pōt cōtineri De
niq; mlieres maria magdalene et
maria iacobi. et ioseph mater. pia
q̄dē volūtate. sz errātes deū q̄rebāt
in sepulchro Recipit q̄dē volūtatē
sz errorē arguit angel⁹ ille q̄ reuol
uebat lapidē. ⁊ sedebat sup lapidē.
Et q̄d oñdebat lapis iste cui ego se
deo q̄ sru⁹ sum isti⁹ q̄ cert⁹ est non
pōt includere dñm meū cū p̄matur
a seruo suo Lapis ergo ille nō po
tuit claudere ihm̄ Et dicit ad mli
eres que venerāt ad querēdū eū ihe
sū q̄ritis Nō ēhic Vbi ē i celo. vltra
celos ē. i t̄ra vltra t̄rā. ē vbicūq; ve
luerit ē. vbicūq; ē. tot⁹ ē. vbicūq; ē ⁊
vbicūq; fueris. tu ip̄e q̄ im q̄rs i ip̄o
es quē queris. Audi ergo quid di
cit angel⁹ ad mulieres Quid que
ritis viuentē cū mortuis. q̄d queri
tis dñm in sepulchro. ihm̄ queritis
dñm queritis. qr tm̄ ihm̄ queritis.
Certe si sciretis illū esse viuētem au
diretis Medi⁹ inter vos est quē vos
ignoratis Regnū dei inter vos est.
āgel⁹ quid dicit his mulierib⁹ ihm̄
queritrs in sepulchro Credite eum
resurrexisse. et putate in uob quem
queritis Maria magdalena cū vi
disset dñm et putasset qd hortula
nus sit. putabat illum qd esset hor
tulanus. errabat quidem in uisu. sz
ipse error habebat typum suū Ve
re enim hortulanus erat ihesus pa
radysi sui. arborum paradysi. Pu
tabat inquit quod hortulanus essz
et voluit inquirere pedes eius. Et
quid ei dixit dominus Noli me tā
gere. nondum enim ascendi ad
patrem meum Noli me tangere. ñ
mereris me tangere. quem i sepulch
ro queris Noli me tangere. quem
tantum putes et non credis resur
rexisse Noli me tangere. tibi enim
nec dum ascendi ad patrem meū.
Cum tibi ascendero ad patrem. tūc
mereris me tangere Prestante chri
sto domino nostro Cui sit honor et
gloria in secula seculorum̄ Amen

Explicit Ome. de euange
lio iohannis. Incipit Ome
de recipiēdo seueriano



Dicuti capiti corp⁹ co
herere necessariū ē ita
ecclesiam sacerdoti et
p̄ncipi ppl'm. vtiq; vir
gulta radicib⁹ ⁊ fonti
bus fluuij. ita et filij patri. et magi
stro discipuli. Hec autem non sup
fluo ad caritatem vestram p̄fati su
m⁹. sz q̄m dicēda mihi sunt quedā
ap⁹ vos. vt nemo t̄bet neq; s̄moni
nr̄o aliq̄ oriat̄ intruptō sz vt obedi
ētia discipuloꝝ crescat in vob ⁊ q̄n
tū affectū patri deferatis appareat
Adornate me filij. et imponite mi
hi obediētie vr̄e coronā Facite me
apud om̄s beatū iudicari. ⁊ doctri
nā meā magnificate ꝑobedientiam
vr̄am. scdm apl'i monita dicentis.
Obedite p̄positis vr̄is ⁊ obtempa

te eis. qꝛ ipsi peruigilant ꝓ nobis q̃si
ꝓ animabus vestris rationẽ reddi-
turi. Hec ergo p̃moneo neq̃s super
biat in cõmonitionẽ nostrã. Pater
em̃ sum et necesse est me filijs cõsili
um suadere Qd̃ enim in carnali-
bus patrib⁹ nat̃a carnis. hoc i nob̃
gratia spirit⁹ agit Pat̃ sum. et pat̃
nimis sup̃ filios tremẽs. ita vt san-
guinem meũ ꝓ nobis fundere para
tus sim Et in hoc nõ est mihi gra-
tia Aplica em̃ lex est. ⁊ dñi p̃ceptũ
dicentis Pastor bon⁹ animã suam
ponit ꝓ ouib⁹ suis Sed ⁊ vos eadẽ
facite ꝓ nob̃. Simili nãq̃ erga nos
deuincti estis affectu Nã et paulũ
audite quid dicit Salutate inquit
priscillam ⁊ aquilã adiutores meos
in xp̃o qui ꝓ anima mea suas cerui
ces posuerũt Sicut em̃ pulchrũ est
pastorem ꝓ ouib⁹ immolari. ita rur
sum pulchrũ est et oues a pastore
nec morte se iungi Cũ em̃ insep̃abi-
les fuerint ab eo. lupum diabolum
non timebunt. Murus em̃ carita-
tis firmior est adamãte et frater cũ
adiuuat̃ a fratre erit sic̃ ciuitas mu
nita. et firma Hec aũt p̃mitto vt cũ
om̃i affectu que dicimus audiatis.
neq̃ aliq̃s vestrũ incipiat ꝑturbari.
Loquimur rem quã dignum est in
ecclesia loqui. et quam dignum est li
benter audiri Pro pace loq̃mur ad
uos Et q̃d ita cõueniens quam sa
cerdotem dei pacẽ ppl̃o ꝑsuadere.
Cõtradctõ nll̃a ẽ. vbi ⁊ legatõ scã. ⁊
legat⁹ accept⁹ ẽ. Pro pace loq̃mur.
ꝓq̃ fili⁹ dei d̃scendit ad t̃ras. vt pa
cificaret ꝑ sanguinẽ. nõ solũ q̃ i t̃ra
sunt sed et que in celis. et terrena ce
lestib⁹ sociaret. ꝓ pace loq̃mur. ꝓq̃
fili⁹ d̃i passus ẽ. ꝓpter q̃m crucifix⁹
est ⁊ sepult⁹ Quã nob̃ ꝓ oi heredi-
tatis cẽsu reliq̃t ⁊ velut murũ eccl̃e
dedit. q̃ scutũ aduersum diabolũ
posuit q̃m gladiũ aduersum demo
nes dedit q̃m portũ trãq̃llissimũ fid̃
lib⁹ collocauit quã reꝓpiciacõ⁊ ad
d̃ũ dedit. q̃m d̃lictoꝝ absolutõnẽ
concessit pro hac ergo legatus ad
uos miss⁹ sum Nolite mihi icutere
pudorẽ. nolite legacõ⁊ meã fedare
acq̃escite mihi queso vos Mlt̃a du-
dũ tristia gesta sunt i eccl̃a. deũ cõfi
teor s⁊ nõ laudo ꝑt̃batões. seditões
nõ ãplector S⁊ omittam⁹ iã hc̃. de
sinite cõq̃escite. cohibete aios. refre-
nate iracũdiã. sufficit iã qd̃ laborat
eccl̃a. finis sit. desinat t̃bacõ. hc̃ em̃
⁊ d̃o placitũ ⁊ pijssimo p̃ncipi acce-
ptũ ẽ Oportet enim et regib⁹ obe-
dire marie cũ ⁊ ipsi obtẽpent eccle-
siasticis legibus Dicit enim aposto
lus. principibus et potestatibus sb̃
diti estote. quanto magis religioso
principi. et pro ecclesia laboranti.
Si g⁹ p̃paraui animos vestros ad
suscipiendam legationem meã reci
pite fr̃m nr̃m seuerianũ ep̃m Ha-
beo gr̃am qd̃ sermonẽ meũ laudi-
b⁹ ꝓsecuti estis Dedist⁹ mihi fruct⁹
obedientie. nunc me semen bonum
gratulor seminasse. Ecce enim sta
tim frumenti manipulos colligam
Retribuat vobis dominus premiũ
benignitatis. et obedientie merce
dem Nunc enim veram hostiã pa-
cis obtulistis d̃o quia nemo t̃batus
est audito nomine. sed cum cari-
tate suscipitis simul Ut sermone lo
cuti sumus omnem ex animo fugastis
iracundiam Suscipite ergo eũ

pleno pectore apertis manibus Si quid triste gestum est. omitte. quia vbi tempus pacis recordatō dissensionis nulla est. vt sit gaudium incela. gaudiū in terra. leticia et exultatio spiritalis in ecclesia dei Et oremus de reliquo vt pacificam deus custodire dignetur ecclesiam pacē fixam et ꝑpetuā dare. in xp̄o ihesu domino nostro. cum quo est gloria d̄o patri. vna cum spiritu sancto in secula seculorum amen

Explicit Omela sancti iohan. de recipiēdo seueriano Incipit sermo ipsius seueriani de pace cum susceptus esset ab īohanne episcopo

IN aduentu domini et saluatoris nostri atq; in presentia ei⁹ corporali āgeli ducentes choros celestes euagelizabant pastoribus dicentes Annūciam⁹ vobis hodie gaudiū magnū quod erit omni ppl'o ab ipsis sanctis angelis et iā mutuatim nos vocē annūciam⁹ vob̄ hodie gaudium magnū Hodie em̄ in pace ecclesia ē et heretici in ira Hodie ecclesie nauis in portu ē et hereticoꝝ furor. iactatur i fluctib⁹ Hodie pastores eccl'e i securitate. et heretici in ꝑturbacione sunt Hodie oues dn̄i intuto et lupi in saniunt. Hodie vinea dn̄i i abūdantia. ⁊ oparij iniq̄tat⁹ ī egētia. hodie ppl's xp̄i exaltat⁹ ē et inimici veritat⁹ hūiliati sunt. hodie xp̄c i leticia. ⁊ diabol⁹ i luctu. hodie angeli in exultacōe. ⁊ demones incōfusione. Et q̄d op⁹ est multa dicere Hodie xp̄c qui est rex pacis cum sua pace ꝓcedens. fugauit omne discidium. dissensiones depulit. discordiam ꝑturbauit Et sic̄ celū splēdor solis. ita ecclesiam. fulgor pac⁹ illuminat O quā desiderabile nom̄ pacis q̄ religionis xp̄iane stabile fūdam̄tū ⁊ altaris. dn̄ici celestis armat⁹ Et q̄d possumus de pace ꝓloq̄. Pax nomen ē ip̄i⁹ xp̄i sicut dicit et apl's. Quia xp̄s pax nostra: q̄ fecit vtrūq; vnū q̄ neq; fide s̄z inuidia diaboli dissidebant Verū sic̄ ꝓcedēte rege et platee mundātur. ⁊ tota ciuitas diuersis florib⁹ et ornatib⁹ coronatur vt nihil sit q̄d min⁹ dignū vultui regis appareat. ita ⁊ nūc ꝓcedente xp̄o rege pacis omne quod triste est auferat̄ emedio. ⁊ illucescēte veritate fugetur mēdaciū Fugiat discordia. resplēdente cōcordia Et sicut frequēt̄ fieri vidim⁹. vbi regū vel fratrum tabule pingūtur. vt in vtrosq; vnanimitatis declarent̄ insignia. artifex pictor. femineo habitu postergum vtriusq; cōcordiā statuit brachijsq; suis vtrunq; complectens. indicet quod hi qui videntur corporibus separati sententijs. et voluntate conueniant. ita nunc pax domini media assistens. et vtrunq; nostrum gremio palpāte connectens. discreta corpora in unum conuenire animum. vlnis iūgentibus docet. Inqua sine dubio cōplet̄ s̄mo propheticus qui ait Et erit consilium pacificum int̄ vtrosq;. Et hesterno quidem pater noster communis euangelico pacem Sermone prefatus est. Hodie

vero nos verba pacis exponamus Ipse nos hesterno resupinis manibus in verbo pacis excepit. et nos hodie dilatato pectore vlnisq; patētib⁹ ad dominū cū muneribꝰ pacis occurram⁹ Jā bella destructa sunt pulchritudo pacis obtinuit Nunc in luctu est diabolus. ⁊ in lam̄tatōe oīs demonū turma. nūc in celestib⁹ leticia ⁊ i āgel' exultacio. q̄b⁹ special' familiar⁹ pax Hoc em̄ ec̄⁹ celestes admirāt̄ virtutes op⁹ q̄s fons eius habet pennis. exquo ⁊ iā terrena h^c nr̄a guttis quib⁹ dā exind' stillātib⁹ irrorant̄ Et iō etiā si int̄ris pax laudis ei⁹ splēdor redundat i celū. laudāt eā celestes angeli ⁊ dicūt Gl'a i excelsis deo. et int̄ra pax hoib⁹ bone volūtat⁹ Vides qūo celestes oēs ⁊ terrestres i inuicē sibi munera pacis emittūt Celestes āgeli pacē t̄ris ānunciāt sci int̄ris xp̄m q̄ ē pax nr̄a collaudāt in celestib⁹ positū. ⁊ misticis choris acclamāt osanna in excelsis Dicam⁹ g⁹ ⁊ nos Gloria in altissimis deo. q̄ humiliauit diabolum et exaltauit xp̄m suū Gl'a in altissimis deo. q̄ discordiā fugat. ⁊ patiētiā statuit Dico em̄ vob̄ artē diaboli. cui⁹ neq; vos astuciam ignoratis Vidit satanas firmitatē fidei stabilitatē in ea pietate dogmatū septā. vidit et opū bonoꝝ fructib⁹ habūdantem. et ideo ꝓhis omnibus ad insaniā venit et rabie furoris exarsit. vt scinderet amicitiā. et euelleret caritatem vt irrumperet pacem Sꝫ pax dn̄i semp̄ sit nobiscum in xp̄o ihū dn̄o nr̄o cū quo est deo patri et spiritui sancto gloria in secula seculorum Amen

Explicit sermo seueriani de pace. Incipit sermo sancti iohannis de ieiunijs et geneseos lectio

IOcundum quidē natis est ver iocundum quoq; et agricolis sꝫ neq; nautis neq; agricolis ita iocundum ē veris tempus. ut his qui philosophari volunt. iocundi sunt ieiuniorum dies spiritale animarum ver et ñ dissima tranquillitas animorū. Nam agricolis ver idcirco iocundū ē. qd' d'lectat aspicere. tunc depictam floribus terram. et varijs frōdibus virgulta comantia. nautis vero acceptum est ver quod dorsum maris deductis nauibus tuto licebit ascendere. nec vndarum p̄icula formidare Nobis autem iocūdum est ieiuniorum ver. quod tunc non vndarum sed cogitacionum ⁊ concupiscenciarum carnis fluctus. ac turbiens mitigantur. et corone nobis non florum sed spiritalium gratiarum parantur Sic enim scriptum est Coronam inquit gratiaꝝ accipiens tuo capiti. Non ita ergo apparens suis hirundo vernaculis fugatam hiemem nunciat. vt ieiuniorum dies fugari ex uisceribus nostris vitia carnis et cupiditatis ostēdunt. Cessat pugna carnis aduersus animā. et anime aduersus carnem. nec vltra insurgit ācilla in dominā. nec s̄ua superbit in liberam: sꝫ vniuersa hec p̄lia ieiunioꝝ p̄sētia cōquiescūt Quia igit̄ nobis q̄etū ⁊

tranq̃llitat⁹ tẽpus aduenit etiã nos deducamus in mare doctrine nauigium. et dicendi vela soluam⁹ si tñ trãquill⁹ ⁊ tut⁹ est auriũ vr̃az por-
t⁹ in quo verbi dei nauis absq̃ metu naufragij collocetur Altũ ei nob pelagus incedendũ est volentib⁹ ꝺ celi ac terre et maris corporib⁹ philosophari Hec em̃ nob hodie lectõ recitata est Sed quid ad nos inqes creaturarum ptinet ratio Et valde quidem carissime. sic em̃ ex magni-
tudine et decore creaturarum cõpetenter earum cõditor agnoscit. quãto aũt ad eaz intelligẽtiã fuerim⁹ intenti. tanto magis via nobis pa-
tescit ad intuitũ conditoris Mag-
num credere mihi bonũ scire ẽ. ꝙ ꝺ sit creatura et quid creator. ⁊ q̃ sunt opa. quis vero opifex Si em̃ hec diligenter scirent discernere heretici. nunq̃z vtiq̃ oñia cõfunderẽt. ⁊ que sursum sunt facerent deorsum Nõ dico qꝺ celum et stellas deorsum. tram aũt sursum ducerẽt. sz qꝺ celorũ regẽ ab excelsis sedib⁹ deducentes cũ creaturis ⁊ opib⁹ collocauerunt. creaturam vero diuinis honorib⁹ affecerint Si de creatis scissent philosophari manichei. nunq̃z materiã corruptibilẽ ⁊ mutabilẽ que cũ nõ eẽt effecta ẽ ingenitam deoq̃z dicerent coeternam Si de creatis scissent recte philosophari gentiles. nũq̃z coluissent ⁊ seruissent creature poti⁹ quã creatori. Bonũ vides celum. sz ꝓpterea vt illud aspiciens adores cõditorem eius. pulchrum solem. sed vt illum intuẽs. factorem ipi⁹ venereris Si em̃ creaturarum pulchritudine detentus inhereas. nec ex eorum specie magnitudinem consideres creatoris. conuersam ẽ tibi lumen in tenebras Elides q̃ntum boni sit scire creaturarum rationem Nõ igit neglegam⁹ hec lucra sed attenti⁹ intẽdam⁹ his que lecta sunt. qz nõ solum celi et terre ac maris sed et nostre idem hominũ ori-
ginis ratio nobis ex hys que leguntur exponit ⁊ vnde mors. vnde labor mortalium vite vnde cure vnꝺ tristicie subierit declarat. Probis enim omnib⁹ velut satisfactionem quandam scriptã. libru hũc de⁹ misit ad homines Neq̃z em̃ satisfacere dedignatur hominib⁹ ꝙ ꝓpheta dicit Venite ⁊ disputem⁹ dicit dñs Et nõ solum disputare cũ hominibus et satisfacere nobis vult sed qꝺ modo culpam fugiamus ostendit. Ante em̃ q̃z diceret venite et disputem⁹. docuit qꝺ loq vt agere oporteat et ita venire ad iudiciũ. Audi deniq̃z que insup̃iorib⁹ ꝓpheta premiserit Lauamini inquit. mundi estote. auferte nequitias ab animis vestris Discite bonum facere. iudicate pupillo. et iustificate viduã. et tũc addit. Venite disputem⁹ dicit dñs non em̃ nos ad disputandum hoc est ad iudiciũ vbi de cã nostra tractandum et disputandũ est vult nudos et inanes venire. sed habere aliqua documenta iustitie. Si enim faciamus ea que superius precepit. tunc ad disputandum de causa nostra et de actibus nostris audacꝫ ⁊ ñducialiter veniem⁹. Deniq̃z ⁊ alias dit. dic tu prior iq̃tates tuas vt

iustificeris Habes enim accusatorē acerbissimum et immitem preueni eum et obtura os eius impudentissimum. propria sponte confitendo delicta Sz intuere paululū magnificentiam dei ex initio p semetipm loquebatur hominibus deus. secūdum quod audire ei⁹ possibile erat Sic deniqz cum adam locutus refertur. sic increpasse eam. sic cū noe sermocinatus. sic apud abraham hospicio susceptus. et conuiuij confabulatione vsus Verum vbi humanum genus pdiui⁹ i malitiā declinauit. et a parente ⁊ a cōditore suo q̄i longa quadam pegrinatione discessit. confabulatione cessante literis ad eos tanq̄z longe a se positos. et epistolis vtitur quibus eos veteris cui⁹dam amicitie et familiaritatis admoneat Primā q̄dem epistolam ad homines p moysen direxit deus Quid ergo hec epl'a ɔtineat videamus In principio iq̄t fecit d̄s celū ⁊ t̄ram Req̄ras forsitā cur nō p⁹ d̄ āgelis nob vl' archāgel' iudicat Si em̄ exequētia ⁊ magnitudine creaturaꝝ cōditor intelligat̄. multo magis ⁊ virtutum celestiū cōdicione pōt agnosci Magnū est celū. sed non ita vt angel⁹ Decor⁹ est sol. sed excelsior archangelis Et id'o excelsam illam et arduam viam relinquens. p hanc planiorem et humiliorem nos ad reꝝ sciētiā ducit. Considera enim qui erant quibus hec recitabatur epistola Nonne ill' qui educebantur ex egypto. vbi dei cultum in corcodrill' haberi et canibus ac simijs viderant Non ergo ɔsequēs videbatur eos tūc p excelsiorem viam ad agnitionem conditoris adducere. ⁊ id'o ista planiore ⁊ faciliore vtit̄. celū eis terrāq̄z ostēdit et mare. atq̄z oēm visibilem creaturā Deniq̄z vbi paululū iam ex ea institutione pfecerant. audi qūo eis aliā epl'am p pphetā mittit. inq̄ de supnis virtutib⁹ docet ⁊ dicit. Laudate dn̄m de cel'. laudate eū in excelsis Laudate eū om̄s āgeli eius Laudate eū om̄s virtutes ei⁹. qꝛ ipse dixit ⁊ facta sunt. ip̄e mādauit et creata sunt Nā d̄ ill' epl'is q̄s p paulū apl'm mittit de⁹ q̄d op⁹ ē dicere. vbi iā secretiora ml'ta ⁊ celsiora referūt̄ ⁊ scribit̄ nob tāq̄z iā q̄ altiorib⁹ philosophie possum⁹ instituta suscipe. qꝛ p ihm̄ xp̄m facta sūt om̄ia visibilia ⁊ inuisibilia. siue troni. siue dn̄aciones. siue p̄ncipat⁹ siue ptātes. ⁊ qꝛ om̄a p ip̄m ⁊ in ip̄o creata sunt. ⁊ ip̄e sit an̄ om̄s. ⁊ om̄ia in illo cōstēt Referūt̄ tn̄ ⁊ iā in his q̄ per paulū referūtur eadem ip̄a que moyses scribit Nam cum apud athenienses contionaretur paulus non eis d̄ āgel' loq̄t̄ ⁊ archāgel'. sz de celo et terra et mari ita dicens Deus cū fecisset mundum et omnia que in eo sunt. celi ac terre dominus non in manu factis templi habitat. et cetera Sed et iohannes tanq̄z et ip̄e scripta perfectioribus deferens. nō solum celi et terre creaturam ascribit. vnigenito filio dei. sed dicit q̄a omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nihil idem tam ea q̄ vidēt̄ q̄z ⁊ illa q̄ n̄ vidēt̄ Sic g⁹ ap⁹ mgr̄os lit̄aꝝ fieri videm⁹ quoꝝ ali⁹ puerulum de gremio matris acceptū et ignarum omniū atq̄z incapacē

maiorum primis tantummodo imbuit elementis quē rursus alius magister accipiens. perfectioribus instituit disciplinis. ita et moyses ignaram omniū et rudem hominum naturam. et vt ita dicam. nuper a lacte depulsam. prima diuine cognitionis edocet elementa. iohannes vero et paulus velut. a moyse iam que prima sunt imbutos homines. ad excelsiora et perfectiora deducunt. non vt quecq; prima sunt destruentes. sed tamq; fundamento competenter posito superponentes toci⁹ edificij celsa fastigia Vidisti deniq; vtri⁹q; testamēti structurā vni⁹ linee modulatione directam. Vidisti totius edificij consonam quadraturā audisti a moyse. quomodo facta sit visibilis creatura audisti. et a dauid quo modo et intellectualis illa celestis atq; inuisibilis creatura sit dicēte. quia ipse dixit et facta sunt. ipse mandauit et creata sunt Simili modo et in nouo testamento. verbum dei audis exponi. visibilium et inuisibilium conditorem In principio fecit deus celum et terram Sermo hic quidem breuis est. et simplex. sz omnium aduersariorum subruere machinas potest Deniq; considera quomō manicheo · asserenti quo d infecta sit materia et deo coeterna · occurrit et dicit In principio fecit d⁹s celum et terram. et omnem structuram falsē eius doctrine subuerti et. Sed non credit manicheus scripture nostre Ergo et ꝓpter hoc ip sum vitandus nobis est. et alienus penitus habend⁹ Qui ei non credit deo et veritatem, mendacium ponit nō tam errare quam insanire iudicandus est Sed quomodo inquit ex nihilo fieri aliquid potuit Dic michi et tu quomodo ex materia fieri aliquid potuit Certum est enim quod de terra factum hominem vterq; nostrum credit. licet tu ipsam terrā neges a deo factum Dic ergo mihi quomodo de terra facta est caro. De terra enim latum fieri videmus aut laterem aut tegulam. vel aliqd tale figmentum carnem vero de terra nullus vnq; fieri vidit Quomō ergo facta est natura carnis Quō ossa formata sunt Quomodo nerui et vene Quomodo cutis et membra viscerum secretorum Quomō vngues et capilli. et singulorum varietas distinctioq; membrorum. quomō ista diuersitas ex vna terre natura formata est sed certum est quod dare non poteris rationem Quomodo ergo cum ista q̄ aptiora sunt et facilioza explicare non possis. de dificilibus et ineffabilib⁹ ꝓnuntiare ausus es. Quis ad huc et faciliora tibi ꝓponam. atq; ea que p̄monemta habemus in manibus Panem cottidie sumimus. et exinde corporalis vite substantiam conseruamus. Dic ergo mihi. quomodo natura panis intra nos mutatur in sanguinem Quō ex ipso flegma ex ipso et fellis substantia fiat. et diuersi humoris generentur. cum vtiq; natura panis densa quedam sit et cōpacta. hec vero inque mutatur. remissa sit et fluida. Tunc deinde color panis vel candidus est. vel ad frumenti speciem redactus. color vero sanguinis rubeus. et fellis nigri vel

prauicetero rumq̃ humorum lon-
ge diuersus ⁊ varius Quomodo ḡ
fiunt hec dic mihi ⁊ horum redde
rationem Sed certum est quod nõ
solum hesitabis. sed et tacebis Re-
ctum ne tibi videtur vt cum ratio-
nem eorum que cottidie in nobis
sunt. inuastigare nõ valeas. diuini
opis et conditionis dei audeas se-
creta discutere. et contradictionem
impossibilitatis ostendere. Si nr̃i
similis est deus. bene operis eius se
cundum cõmunem sensum expetis
rationem Quinimmo nec siquidẽ.
Multa enim sunt que arte quidem
hominum fiunt. quomodo tamen
vel qua ratione fiant explicare non
possumus. verbi gratia quomodo
de uenis terre aurum fiat. hoc fieri
quidem videmus rationem vero i-
mutate glebe reddere non valem⁹
Sed et ex harena arte hominum fit
Vitrum lucidissimum ⁊ multa alia
his similia humana quidem expiẽ-
tia fiunt. qua tamen ratione fiant
mortalis sermo non explicat. dei ve
ro op⁹ quem vtiq̃ humanas artes
innumerabiliter precellere et iam
tu fateris. cuius virtutem et potẽ-
ciam absq̃ vlla comparatione non
solum inter homines esse sed inter
celestes virtutes nemo vnq̃ dubita
uit. quomodo in singulis quibusq̃
figmẽtis suis discutiendum credis.
et humane artis infirmitate pensan
dum. Quin potius derelinquens
hec que abiecte et fragiles cogitant
mentes. redeamus ad illam stabilẽ
robustamq̃ sententiam que dicit.
In principio fecit deus celum ⁊ ter
ram Sta super illud fundamentũ
ne commouearis. nec in cogitacio-
num fluctus atq̃ animorum turbi
nes corruas Cogitaciões enim mor
talium timide. et incerte ad inuen-
tiones eorum Noli ergo derelinq̃-
re que firma sunt. et conuertere ad
infirma ⁊ incerta atq̃ hijs salutem
anime tue credere. sed ꝑmane in his
que didicisti et credita sunt tibi. ⁊
dic quia in principio fecit deus ce-
lum et terram. et iam si tibi mani-
cheus occurrat et iam si valentini
discipulus. tu semꝑ vtere hoc ser-
mone et iã si illi irrideant. tu eos vt
isanientes defleto. Sint licet pallen
tes in uultuet tristes. ac seueri videã
tur atq̃ obductis supercilijs sint.
licet sermonum varietate subtiles.
sed tu noli aspicere ad istam que ex
trinsecus est ouium pellem sed con
sidera et intuere lupum qui intrin-
secus latet. et propterea maxime eũ
execrari debes. quia ad conseruum
suum mitem se simulat et humilem
ad dominum autem omnium no-
strum canis est rabidus. in celum la
trans. et ipsi quodammodo diuini
tati inferens bellum. Negat enim
creatorem deum. sed alium nescio
quem contrarium ꝑdicat Fuge ẽgo
ab hys tl̃ib⁹. et vita tẽdiculas vita
huiusmodi verbum. tamq̃ venena
Custodi hereditatem. q̃m a patri-
bus suscepisti ꝑ fidem. et doctrinã
scripture diuine que dicit. In prin-
cipio fecit deus celum et terrã. Cur
autem primum celum fecit. deinde
terram. ante tectum quam solum.
Vides et in hoc nihil esse simile hu-
manis artibus nec hominum regul̃
voluntatẽ seruari diuinam. Apud

Tunc inquit abyt. Tunc quando audiam. Tunc quando cognoscam et cur tempus diligenter ostendis. quid me docere disponis. Nonē tunc verbum inaniter addidisti spiritus admonitione loqueris diuino puocaris instinctu. nec a te verba passim fundantur. Quid igitur tūc est. Ante ꝓditionis tempus. ante traditionis horam accessit meretrix vas alabastrum manibus portans et vnguentum domini supra caput effudit. Grandem fidem. multam reuerentiam. mirandam correptionem ostēdit. Paulo ante meretrix subito pudica ꝓcessit. Et profundis obruta peccatis. portum serenitatis agnouit. Et quando ꝓstituta lupanar exiuit. tunc discipulus gehennam intrauit. Quādo illa mercedem sui corporis abdicabat. tūc iste precium magistri sanguinis postulabat Quando illa osculabatur pedes vt susciperetur. tunc iste dñi labia osculabatur vt proderet Jdo dixit tunc. vt non magistrum infirmitate accuses. quādo discipulum repperis ꝓditorem Magis etenim virtutem doctoris ostendit. qui et meretricem ad obediendū suo magisterio conuolare perfecit. Quid igitur. Qui meretricum mores voluit commutare. discipulum non potuit retinere Valde inquam. et incuntanter valuit retinere. sed necessitate nolebat bonum efficere nec vi trahere ad se curabat. Tūc abyt et hoc dabat nimiam difficultatis questionem. et ignaros ꝓfunda disputatione conturbat. Abyt inquit non innitatus a principibus sacerdotum. nulla necessitate constrictꝰ Sponte ꝓcessit. et propria malignitate consilium genuit scelerate mentis nullo participe conuocato. tūc abyt vnꝰ ex duodecim Et hoc auget delictum detestabile proditoris Nam et aly discipuli erant qui fuerunt numero lxx Sed illi non tam manifeste. nec tanta confidentia, sociati. nec illis interiora decreta commissa sunt. Jsti autem. duodecim. fuerūt probati hec erat caterua regalis De hoc choro iudas egressus est de hac conuersatione, ꝓditor malignus exiuit. Et ideo ne quēlibet discipulū arbitreris. dicito nume ro gradum discipulatus ostendit. Et non pudet matheū ista conscribere. vt discas eūm in omnibus seruare veritatem. nec celare ea que iniuriam referre putantur. Ea vero que vel iniuriosa demonstrantur. ipsam domini misericordiam clemētiamq; declarant. qui proditorem suum latronem sceleratum tantis beneficijs ampliauit. et vsq; adipsū ꝓditionis tempus solitis admonitionibus toleraut Nam admonebat. suadebat. et omni studio eum sanare curabat. Sed si ille sermonē respuit. si tanti magistri verba contempsit christus causatio est. meretrix testis est que de sua fuit liberatōne sollicita Non gō videndo meretricem de tua liberatione desperes sed et iudam cogitando non debes esse securus Vtrunq; enim periculosum est. et confidentia et desperatio Nam confidentia stantem euertit. et iterum desperatio post lapsuꝫ non admittit exsurgere Et iō paulꝰ

exhortatur dicens. Qui se putat sta
re. videat ne cadat. habens exem//
plum vtriusq; persone. Discipul⁹
cum se stare putaret cecidit mere //
trix cum se cecidisse arbitraretur ex
surrexit. Mens humana facile la //
bitur. Et omnibus mutabilis sen
sus est. Et ideo nos vndiq; tutare
properimus. Tunc abiit vnus ex
duodecim iudas qui dicitur sca //
rioth. Quid mihi eius patriam di
cis. Utinam ipsum quoq; nescire
licuisset. Judas qui dicitur scario/
this. alter erat discipulus qui iu //
das Jacobi zelotes dicebatur. Et
ne appellatione cognominis. fiat
confusio personarum. nec errore.
nominis proditor protegatur. pp
terea hunc ab illo separauit. et il //
lum quidem de animi sui virtute.
nuncupauit. Istius malitie no //
men abscondit. Et ideo non dixit
iudas proditor vt te doceat detra
ctiones nescire. Et accusationes
declinare. Tunc abiit vnus ex duo
decim ad principes sacerdotum et
dixit eis. Quid vultis mihi dare.
et ego vobis trado eum. O puni //
ende vocis temeritas. O suppli //
cium. voluntatis. Proditionis.
verba funduntur. de questu pac //
ta tractantur. Quid vultis michi
dare. Et ego vobis trado eum?
Dic iudas omnium sceleratissime.
Hec te magister edocuit. Hec tibi
tantus doctor ostenditur. Ideo
divitias debere contemnere pre //
dicabat. Ideo admonebat dicens
Ne possideatis aurum aut argen //
tum, aut es in zonis vestris. vbiq;
tibi auidam cupiditatem pecunia
rum excludens. non hec tibi persua
debat dicens. Si quis te percus//
rit in dexteram maxillam. prebe il
li et aliam. Quid mihi vultis dare
O crudelitas. Et ego vobis trado
eum. Dic mihi que causa proditio
nis est. Tradis magistrum. scilicet
laceratus. audiam lesionem tuam.
Forsitam quod tibi demonum tra
didit potestatem. quod fecit lang //
uentibus subuenire quod mortuos
resuscitare didicisti. Has bñficiorũ
vices exsoluis. Quid mihi vultis
dare. et ego vobis trado eum. O
dementia immo cupiditas prodi //
toris. Cuncta enim mala cupiditas
procreauit. hac affectatus magi //
strum tradidit iudas. Nam cupidi
tas huiusmodi sortita est naturam
captatas animas retinet. et omni //
bus nodis alligatus astringit et re
rum oblitionem imponit. Et alie
nationem mentis ostendit. Et a iu
de iudas captus cupiditatis insa //
nia. quanta beneficia respuit. con //
uersationis. mense discipulatus. ad
monitionis suasionis. oblitus est.
frenis cupiditatis impeditus. Et
ideo paulus radicem omnium ma
lorum cupiditatem nominat. quid
mihi vultis dare et ego vobis tra //
do eũ. O ꝺbũ toti⁹ supbie qđ ñ be
sit i faucib⁹. tradis eũ ꝙ cũcta ꝺbuat
ꝙ demõib⁹ ipat cui obtẽpãt maria.
cui oẽs ſbiacẽt ptãtes. vt igit vltro
se traditũ fuisse demõstret audi qđ
fecerit eodẽ tpe cũ ad inestigãdũ eũ
venerãt cũ facul t lãpadib⁹ ab ipo i
trogãt vt quẽ q̃rerẽt ꝺmãstrare. et
eũ scire ñ potãt t iudas ꝙ ad ꝺmõ
strãꝺ venerat eciã tãta flãma lucẽte
prodendum videre non valuit t iõ

euangelista ait. lampades et lumē habuerunt. et non videbunt eum Et christus eis diebus singulis predicabat. quod eum latere non poterat proditurus. sed nec aperte. eum omnibus publicabat. ne impudentiorem faceret. nec penitus silentio preterbat. ne celari arbitratus audacter ad productionem properaret. Et ideo frequenti admonitione clamat. vnus ex vobis tradet me. Nec tamen magister pissimus publicabat. et de gehenna fuit sepissime locutus. et de celorum regno tractauit assidue vtriusq; meritum frequenter edocuit. Et quod peccatoribus constitutus est. et quod non peccantibus preparatum ostendit. Sed hec omnia crudelis ille contempsit. et deus illum non traxit inuitum. Et quoniam bona atq; mala deus in nostra deus posuit. potestate. electionis liberum donauit arbitrium Et inuitos non retinet. et volentes amplectitur. Nam non sponte bonus. malitiam non amittit. Et ideo iudas nimie cupiditatis precipitatus ardorem. ceca quadam in prouisione deceptus. suam vendidit animam. Et sue salutis mercator extitit. et ait. Quid vultis mihi dare. et ego vobis tradam eum. Et vt virtutem christi etiam in hac parte cognoscas cum ad capiendū eum aduenissent. vocem eius minime tollerare potuerunt. sed omnes territi ceciderunt Et quoniam nihil ominus in sua impudentia perdurabant. ipse se vltro commisit. ipse se tradidit.

Et hec diximus vt christum nullus accuset. cur inde cogitationem. non mutauit aduersam. sed siquis hoc dixerit audiet. Judas quem admodum corrigi potuit. sponte an inuitus. Si inuitus. nulla correctio est. Nam mentis malitia necessitate non tollitur. Si sponte. omnia que meliorare animum poterant. audisse cognoscitur. Et si remedium respuit. non medici vicium est sed languentis. Et vt scias eius crimen esse quod prodidit non magistri sepius deus de proditione predixit et totius eum philosophie precepto. et sermone docuit. et rebus ostendit. Deberat ei demonū ptātē. gehenne tormenta monstrauit. celorum regna promisit. secreta mentis eius et predicebat. et non publicabat. Pedes eius cum alys lauit. mense facit participem. nihil penitus pretermisit. si ille in malitia sponte duranit. et omnibus admonitionibus speretis. proditor malignus emersit. Et vt eū posse mutari. sed corrigi noluisse cognoscas. postquam eum tradidit iactauit triginta denarios. et ait Peccaui tradens sanguinem innocentis. Quid est quando ab eo mirabilia gerebantur. et rebus ostenditur Non diristi peccaui tradens sanguinem. sed quid vultis michi dare. et ego vobis trado eum. Et post factum scelus. post commissum delictum post completam proditionem. post perfectum peccatum cognouisti peccatū Ex hac re dilectissimi frēs edocemur quod neglegētibus et desidiosis. facile admonitio

pdesse non poterit studiosis aũt etiam admonitione cessante multum commoditatis accedit. Nam iste quando magister admonebat non flectebatur. et quando nullus admonuit excitata conscientia scelus. cognouit admissum. et proiecit. xxx. denarios. Quid vultis mihi dare. et ego vobis eum trado. Et statuerunt inquit ei. xxx. denarios. Dederunt precium sanguinis. qui preciũ non habebat Quid accepisti iudas triginta denarios. Christus gratis aduenit sanguinem suum pro communi salute fusurus. et tu de sanguine crudelia peccata componis. qd enim crudelius isto contractu Tũc aduenerunt discipuli. tunc hec gerebantur quando iudas de traditõne tractabat. proximant discipuli eius et dicunt Vbi vis paremus tibi comedere pascha Vide discipulos. vide discipulum. Isti sunt dep̃ parationes solliciti. Ille dominici sãguinis mercator existit. Illi cogitabant obsequium seruitutis. iste sceleris sponsiones exposcit O discipuli perdita mens. Vna cum illis magistri admonitionis precepta dicit. pariter beneficia perceperunt simul eius miracula cognouerunt Et iste solus crimen sua sponte concepit. Vbi vis paremus tibi manducare pascha. Hodierna vespera tunc fuit. Et quia dominus habitaculũ non habebat. ideo ad eum dicunt. Vbi vis paremus tibi mãducare pascha. Non habemus. domicilium. Non habemus ta/ bernaculum preparatum. suscepta culum non est. Audiant quibus edificandarum domorum cura est. et ambitiosarum porticum cogitatur instructio. quos preciosorum marmorum pompa delectat. et laquearium fulgentis auri. conclusio. Cognoscant christum. omnium dominum quod locum in quo caput reclinaret non habuit. Et ideo eum discipuli interrogant et dicunt. Vbi vis paremus tibi pascha manducare. Non illud qd nostrum est. sed interim iudeorum Et illud quidem discipuli preparabant. istud autem quod nostrum ipse constituit. et non solum constituit. sed et ipse factus est pascha. Vbi vis paremus tibi manducare pascha. illud iudaicum fuit pascha. illud in egipto sumpsit exordium. Et cur illud christus manducauit. Scz quia omnia que sunt legis adimpleuit. Nam quando. baptizabatur dicebat. Sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Veni inquit de legis maledictione eximere homines. Nam deus misit filium suum natum de muliere. Factum sub lege. vt eos qui sub lege erant redimeret. et ipsi legi requiem daret. Et vt nemo dicat quod ideo eam euacuauit quia eam complere vt molestam et aridam non valuit. ipse prius eam compleuit. et sic fecit requiescere. Ideo et pascha fecit. exipsi⁹ enim p̃ceptiõe cã fuit. et cui⁹cã lex p̃cepit mãducari pascha andiã⁹ iudi circa

deum bonorum sibi omnium largi
torem fuerunt. effrenata diffidentia
contumaces. et eius beneficia obli
uione preteribant. Nam post egy
pti pfectionem. viderũt conscindi
maria. et denuo conuenire. et alia
mlta mirabilia t dicũt. faciam⁹ no
bis deos q nos antecedãt. Ad huc
inspicis qđ miraris. et oblit⁹ es lar
gitoris. Quia igitur insensatores t
cõtumaces erant festinitatis celebra
tione beneficioꝝ memoriã robora
uit. et ideo pascha sacrificari pcepit
vt si te filius tuus ipsius pasche in
rogauerit rationẽ. respondeas qđ
aliquando in egypto cum mortis
portitor sperareţ maiores nostri
ne eversionem sustinerẽt. postes h⁹
agni sanguine linierunt. t vastator
angelus adueniens cũ videret illa
turus plagam non audebat intra
re. et illa festinitas perpetuam bene
ficy memoriam tribuebat Sed per
hoc etiam alind maius beneficium
monstrabaţ. qđ ille agnus fuţi agni
fuit typus et ille sanguis dominica
sanguinis monstrabat aduentum.
Et ouis illa fuit spiritalis ouis exem
plum ille agnus vmbra fuit. hic ve
ritas. Sed postꝯ sol iusticie radia
uit vmbra soluitur luce Et ideo in
ipsa mensa vtrũqꝫ pascha. t tỹpi et
veritatis celebratũ ẽ Nã sicut picto
res pingendã tabulã vestigys qui
b⁹dã adumbrare cõsueuerũt. et sic
colorꝝ varietate pficere. ita t christ⁹
fecit in mensa. Et tỹpũ pasche dscri
psit t pascha veritatis ostendit. vbi
vis paremus tibi manducare pa
scha. Judaicum pascha erat. sed
vmbra lumini cedat. Adnectata
imago veritate superetur. Hec ad
iudeos dico qui se pascha celebra
re arbitrantur qui impudenti men
te proponunt azima. tamqnam q
corda non habebant incircumcisa.
Respondẽ mihi iudee. qui fronte
celebras pascha. Templum euer
sum est ara confracta. conculcata
sunt sancta sanctorum. omne subla
tum est sacrificium. t tu nimia teme
ritate committis illicita. Ingressus
fuisti aliquando babilonem. et cap
tiuantes te dicentes audisti. canta
te nobis canticum domini t nõ ob
temperabas. Hec ostendens da
uid dicebat Super flumina babilo
nis. ibi sedimus et fleuimus in sali
cibus in medio eius. ibi suspendi
mus organa nostra. id est cytha
rã psalterium. lyram. et cetera.
His enim iudei vtebantur. et psal
mos istorum sono coniuncto can
tabant. Et hec sua in captiuitate
portabant. non ad vsum consue
tum. sed vt conseruationis patrie
monimenta retinerent. Nam ait.
Ibi interrogauerunt nos. qui cap
tiuauerunt nos verba cantionum.
Dixerunt quemadmodum canta
uimus canticum domini in terra
aliena. Quid agis. Canticum do
mini non cantas in terra aliena. et
pascha domini celebras. in terra
aliena. Vidisti contumaciam. vi
disti dementiam. vidisti mentis in
saniam. Quando ꝑceptis ho
stium cogebantur. nec psalmum
dicere ausi sunt. intra aliena Et nẽ
nullo cogente. suo arbitrio propria

voluntate contra deum preparant bellum. Uides quod immunda sūt eorum azima. quod illicita festiui-tas. quod non pascha iudaicum et fuit quidem aliquando pasca iudaicum. Sed exemptum et euacuatu est pasche spiritalis aduentu. quod christus tradidit. Nam cum manducarent inquit et biberent. accepit panem et fregit et dixit. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Agnoscunt quod loquor qui sunt diuinis consecrati misterys. et iterum accepit calicem et dixit Hic est sanguis meus qui ꝓ multis effūdetur in remissionem peccatorum. Et presens iudas erat. ista christo dicente. iste est sanguis. Dic iudas quem triginta denarijs vendidisti Iste est sanguis de quo ante cum phariseis pacta fecisti. O christi misericordia. o iude dementia. Ille eū triginta denarys paciscebatur vt venderet. et christus ei sanguinem quem vendidit offerebat. vt haberet remissionem peccatorum. sic tamen impius existere noluisset. nam affuit iudas. et illius sacrificij cōmunicationē meruit. Et pedes eiꝰ qñ aliorum discipuloꝝ lauit. vt excusationem sue malitie non haberet Sꝫ ille dtestandus sue mentis insidias cogitabat Sed iam nos ad terribilem mensam cum debita reuerentia cum congrua vigilantia oportunum tempus inuitat. nullus ibi iudas reperiatur. nullus malignus accedat. nullus veneno pungatur nec fucata verba lingua ꝓferantur. nec insidie mente condantur. sꝫ qđ voluntas possidet sermo declaret. Et nunc ille presto est christus qui illam ornauit mensam ipe istam quoqꝫ consecrat Non enim homo est q̄ proposita de consecratione mense domini corpus christi facit et sanguinem. sed ille qui crucifixus pro nobis est christus Sacerdotis ore verba ꝓferuntur ⁊ dei virtute consecrātur et gratia. Hoc ē ait corpꝰ meū hoc verbo ꝓposita consecrant̄ Et sicut illa vox que dicit. crescite et multiplicamini. et complete terram. semel quidem dicta est. sed omni tempore sentit effectum ad generationē operante nat̄a. ita et vox iª semel q̄dem dicta est. sed per omnes mensas ecclesie vsqꝫ ad hodiernam diē et vsqꝫ ad eiꝰ aduentum prestat sacrificio firmitatem. Nullus igitur fictus accedat. nullus fucato animo tantis audat misterys ꝓximare ne condemnetur. et sententiam mereatur. et quod iudas sustinuit patiatur. Nam in illum post communicationem mense diabolus intrauit. non quia contempserat dominicū corpus sꝫ quia impudentia iude et malignitas mentis. vt aduersaris in eum habitaret efficit. vt discas quod indigna et fucata mente misteriorum secreta celebrantibus a diabolo preparātur insidie. ⁊ magis ac magis a semulant̄ qui ñ eqꝰ aio cōmunicare festināt. et hec dico nō vt vos t̄reā sed vt cautiores efficiam Nemo sit iudas in mensa hoc sacrificium cibus spiritalis est. Nā sic̄ corpal̄ cū vētrē inenert aduersis

humoribus occupatum et amplius
ledit. magis nocet. et nullum pstat
auxilium. ita et iste spiritalis cibus.
si aliquem repererit malignitate pol
lutum magis eum perdet. non sua
natura. sed accipientis vitio. pura
igitur mens in omnibus pura cogi
tatio quia et sacrificium purum est.
Sanctam animam pparemus. Et
hoc non multo tempore. sed vna
corrigitur die. Nam si tibi contra
inimicum tuum dolor est. solue irā
inimicitias iara vt remedium d mē
sa percipias Ad sanctum accedis ti
le sacrificium properas. erubesce ob
lationis archana. occisus ppositus
christus est. et cur occisus est. vide
amus. vt celestia pacificet. vt in ter
ra reconciliet vniuersa. vt amicum
te constituat angelorum vt deo so
ciet habenti omnium potestatem.
Animam suam p te dominus de
dit. et tu inimicus conseruo perdu
ras. et cum hoc animo admensam
pacis accedis. Ille ne mori quidem
pro tua vtilitate recusauit. et tu nec
iram tuam conseruo p tua liberatio
ne concedis. Sed forsitan dicis. ab
inimico fraudatus sum. multis me
lesit dispendys. magnis me detrimē
tis onerauit. Quicquid dixeris. pe
cuniarum vertitur causa. Non te
crucifixit sicut iudei christum. et tamē
ille effusum sanguinem ad salutem
eorum qui effuderunt larga pieta
te concessit In inimicum deo est tu
midum pectus. et audi quid ait.
Quando offers munū tuum super
altare et ibi memor fueris astans in
altare, quia habet frater tuus ali
quid aduersum te. dimitte domuz
super altare. et vade reconciliari fri
tuo Merito nostre reconciliationis
causa hoc sacrificium constitutum ē
Et si sacrificy precepta contemseris
sacrificy remedium sentire non po
teris. Comple illud cuius causa sa
crificium factum est. vt sacrificio p
fruaris. Ideo dei filius aduenit. vt
humanam naturam dominice re
conciliet pietati. Ideo et nos cum
hec aciamus. suo fecit vocabulo
nuncupari Beati iquit pacifici qm
filij dei vocabuntur Hoc enim fac
quod dei filius fecit si et tibi et alijs
pacis volueris auctor existere Ido
te vocat filium dei. ideo in sacrificy
celebratione nihil aliud nisi de fra
tris reconciliatione commonuit.
Ad hunc vellem dilectissimi fratris
plura tractare. et extenso sermone
dilationis mee verba ptrahere. sed
hec dicta sufficiunt suis cordibus
volentibus intimare Decigitur mē
tibus inhereant. et in animis vestris
glutinata perdurent Sanctū oscu
lum teneamus. quod animas soci
at. reconciliat mentes. et vnum cor
pus ostendit. quia vnum corpus
omnes videmur esse sortiti. Et ido
misceamus nos in uno corpore non
corporum commixtione. sed anima
rum caritate deuincti. vt sic diuine
mense possimus fructibus sociari.
Nam et si multis bonis conscietijs
abundemus. reconciliatione con tē
pta. nullum possumus solatium p
mereri. Dis igitur animaduer
sis cū oi simplicitate mysteria cele
brem? et accedam? ad mensam xpi

cum quo patri omnis gloria. ho-
nor. virtus. vna cum spiritu sancto
in secula seculorum amem.

Explicit de proditione iude. Incipit Omelia de cruce et latrone

Hodierna die nr̄ dn̄s pe
pendit i cruce. ⁊ nos fe
stiuitatē ei⁹ nimia leti-
cia celebrem⁹. vt disca
m⁹ crucē toti⁹ spiritaľ
gratulationis eē sb̄stātiā Etem̄ āte
ip̄m vocabulū crucis pena fuit. sed
nūc ad gl̄iaz nūcupat̄ Antea cōdē-
natiōis ferebat horrorē nūc salutis
indicium est Crux enim nob̄ totius
beatitudinis cā est Hec nos a ceci-
tate liberauit erroris Hec et etene-
bris reddidit luci hc d̄bellatos q̄eti
sociauit. hec alienatos deo coniūxit
longe constitutos ꝓximos. p̄senta-
uit Hec peregrinantes ciues osten
dit. hec discordie amputatio ē. hec
pacis firmamentum. hec bonorū
omnium abunda largitio. Isti⁹ cā
nullis angustijs deserti erram⁹ quia
iam nobis campi monstrati sunt ve
ritatis Nec aulis regalibus habita
re ꝓhibemur q⁊ adit⁹ iam videtur
inuentus. nec ardentes sagittas dia
boli formidamus. quia fontes inue
nim⁹. quib⁹ eaꝝ flamma facile pos
sit extingui Ideo viduitate carui-
mus. q⁊ sponsus expectatus adue-
nit. Lupū n̄ possum⁹ formidare bo
no ⁊ diligēti muniti pastore Ego in
q̄t sū pastor bon⁹ Tyrāni ipy crud̄
litate n̄ t̄remur māsueti regis vesti-
gys iherētes Hac de cā hodie gra
tulamur. quia crucis beneficia me-
moramur. Sic et paulus precepit
propter crucem festiuitatem celebra
ri. pascha nostrum immolatus est
christus Diem itaq̄ festum celebre
mus non infermento veteri. neq̄ in
fermento malitie et nequitie, sed in
azimis sinceritatis et veritatis. Et
sic adiunxit cām. q⁊ pasca nr̄z ꝓnob̄
immolatus est christus. Vides cru
cis intuitu perceptam leticiam. In
cruce enim immolatus est christus.
et vbi immolatio amputatio pecca
torum Vbi amputatio peccatorū.
reconciliatio domini. Vbi reconci-
liatio domini. ibi festiuitas. et om-
nis gratulatio Pascha nr̄m ꝓnob̄
īmolatus est christus Et immolat⁹
in excelsa cruce Nouum altare con-
stitutum est. ⁊ quia sacrificium no
uum atq̄ omnibus inopinatum.
Nam ipse et sacrificium fuerat et sa
cerdos. Sacrificium secundum car
nem. sacerdos secundum spiritum
sanctitatis. Idem ipse et offerebat
et offerebat̄. Offerebat secundum
spiritum. offerebatur. secundum
carnem. Et audi quemadmoduz
paulus vtrumq̄ monstrauit. Om
nis inquit pontifex qui de homini-
bus accipitur pro hominibus sta-
tuitur. Vnde necessarium est. et istū
habere aliquid quod offerat. Vi-
de sacramentum. Ecce ipse se offert
Et alibi ait. Quia christus semel
oblatus multorum abstulit pecca-
ta Ecce hic oblatus est. ibi se obtu-
lit. Vides quemadmodum fuit.
et sacrificium. et sacerdos. Et al-
tare. Crux fuit. Et quare inqui-
es. Non in templo sacrificium.

illud proferebatur. sed foras ciui-
tatem. Vt illud impleretur quia in
ter iniquos deputatus est et obquã
causam in excelso ligno. et non sub-
tecto immolatur. Vt etiam ipsi⁹ ae
ris natura mundetur Hac decau-
sa inexcelso et non subtecto. sed sub
celo vt vniuersus aer in excelso im-
molate ouis a tetro odore mundet
Sed et terra simile beneficium sen-
tiebat decursi de latere sanguinis
stillatione mundata. Ideo non sub
tecto non intemplo iudaico. ne in-
dei subtraherent sacrificium et sibi
met vendicarent Ne putaresꝓ illa
tantum plebe oblatum. ideo foras
ciuitatem. ideo foras muros. vt sci-
as sacrificium esse commune. quod
totius terre oblatio quod commu-
nis deploratio non partis. sicut iu
deis consuetudinis fuit. Judeis et
eñ ideo iussit omnem terram deus
dimittere. et inunum locum sacrifi
cium atq; oblationem celebrare q;
tuncomnis terra immunda fuit fu
mo et odore. et alia contaminatiõe
polluta. que exsacrificijs gentium
super ipsam celebrabantur Nobis
autem quomodo christus aduteni-
ens omnem terram emundauit om
nis locus orationi vacat Ideo pau
lus cum omni confidentia exhortat
dicens. Volo ergo orare viros in oi
loco leuantes manus sanctas Ecce
totus mundus emundatus est ele
menta purgata sunt. vt vbiq; nob
deum liceat predicare. et omnis ter
ra sanctior illo loco est. qui illo intẽ
pore predicabatur sancta sanctorũ
Nam ibi pecus irracionabile obla-
tum. hic spiritale immolatum est et
tanto maius est sacrificium quanto
et sanctitas de sacramento pfertur
Hac de causa leticia nostra crux est
Vis quantum nobis pstiterit. tali
unde condiscere. Paradijsum qui
q; et eo amplius annorum milib⁹
pditum hodie nobis patefecit hac
enim die. hac hora latronem xp̃s i
paradijsum introduxit. et eius ame
nitates ostendit. Et vno tempore
duo beneficia vidimus esse concess
sa Vnum quod paradijsum patefa
ctum est. aliud quod latro in eum
meruit introduci. Hodierna dies
antiquam nobis patriam reddidit
paternam ciuitatem ostendit. do-
mum pristinam redonauit. Hodie
nãq; ait mecũ eris in paradyso q̃d
ais Crucifixus es. clauis retineris.
et paradysum tam facile polliceris.
Volo inquit vt incruce possint oẽs
meam inuenire virtutem. vt in lig-
no mea largitas. demonstraretur.
Et qm̃ crux dedecoris fuerat signũ
et apud omnes ignominia puteba
tur crucis infamiam mirandis be-
neficijs decorauit. et ex hoc magis
magisq; virtus ostenditur Non ei
illo tempore mortuus reddidit lu-
ci. nec mare flatusue conpescuit.
nec minauit expulitue demonia. sz
cruce suspẽsus. clauis afflixus om-
nibus subiugatus iniurys totus ꝺ
decori subcumbens infamie. insul-
tantium derisione delusus latronis
aduersam mentem valuit commu
tare. vt ex omni parte eius diuini-
tas sentiatur. Etenim vniuersam
terruit creaturam. et petras saxaq;
disrumpit. et omnium lapidum in
sensibilitate. animam duriorem ad

se traxit. et ad meliora conuertit. et
honore summo decorauit. Hodie
namq; mecum eris ait ī paradyso
Et cherubim custodientibus para
dysum. latro ad paradijsum indu-
citur. Sed non mireris a domino
inuitatur Sed dicis. Sed ibi fra-
mea totius ignis ardore succensa
versatur. Sed ipse qui et ignis. et ip
sius gehenne. et vite mortisq; impe
rium tenet. ingredienti potestatem
concessit Et imperatori quidem vl'
quilibet habenti potestatem iniu-
riosum putatur. si personam vilissi
mam participem sui actus accipiat
Christo autem nostro non iniurie fu
it sacram ingredienti patriam. face
re ingressus sui latronem partici-
pem Nam secum eum perduxit. n̄
confundens calcantibus latronis
pedibus paradijsum sed honorem
prestans paradyso Honor etenim
loci est talem dominum ꝓ mereri.
qui et latronem dignum reddiderit
paradyso. Nam et cum publica-
nos et fornicarios ad celoꝝ regnū
introduxit. non celorum regnum in
famauit. sed etiam magis honori-
bus ampliauit ostendens talem do
minum regni esse celorum qui et in
dignas intantum fecit meliorari ꝑ
sonas vt etiam illius dignitatis glo
riam mererentur. Nam sicut homi
nes quibus corpora medendi cura
est amplius admiramur. cum egro-
tos omni spe desolatos arte propa
curauerint. et summe reddiderint
sanitati. sic et christum nostrum iu-
stum est admirari donantem vulne
ribus sanitatem. publicano et mere
trici remedium pollicentem. et eis
salutem perpetuam largientem. vt
et dignos eos celorum amenitate
donaret Sed dicis Unde tanta be
atitudo latroni. Quid egit tale vt
post crucem paradysum mereatur.
Uis eius citius audire virtutem.
Quando petrus eum negauit inter
ra latro eum confitebatur incruce.
Et hec nō me ad accusationem be
ati petri aliquis dixisse suspicet. qd
longe a me conscientia sit sed latro
nis admirandam volo animam de
clarare. Primus discipul⁹ puelle
vilissime minas tollerare non va-
luit. et latro suspensus tormēta sper
nens vndiq; populum inspiciens.
circumstantem clamantem. ingen
ti ardentem rabie. omni iniquitatū
furentem. blasphemys inflammate
non timuit. nec crucifixi vilitatem q̄
videbatur inspexit. sed ipsius fidei
oculis hec cuncta transiuit. et humi
libus spretis cogitationibus celoꝝ
dominum exaltatum pura mēte co
gnouit. et ipsius misericordiam ī cru
ce flagitauit dicēs Memor esto mei
domine in regno tuo. Nec transito
rie istum pretereamus latronem.
neq; erubescamus accipere magi-
strum quem non erubuit noster do
minus primum introducere in pa-
radysum Nec pudeat eius seq̄ ma-
gisterium qui celestem conuersatōꝫ
meruit ante omnes Sed diligenter
singula requiramus. vt crucis inue
niamus virtutem Non dixit ad eū
sicut ad petrum. veni sequere me. et
faciam te piscatorem hominum nō
dixit ad eum sicut ad duodecim. qꝛ
sedebitis super duodecim sedes iu
dicātes. xii. tribus israhel. immo nc.

verbo eum dignum estimanit. nihil
admirationis ostendit Non mor-
tuos resuscitauit. demones non fu-
gauit. non mare prostrauit. nullum
ei fecit de celorum regno sermonē
nihil de genna locutus est. et ante
omnes eius imperium confitetur.
Et hec dicebat alio latroni aduer-
sus eum plura dicentem et sepi⁹ in
sultantem. Nam et altera ex parte
latro. cum eo fuerat crucifixus. vt il
lud impleatur. et cum iniquis repu
tatus est. Nam indei eius famam
gloriamq; infamare cupiebant. et ex
omni parte captabant. et tempta-
bant vniuersa peruertere. Sed vn-
diq; veritas prefulgebat. et his ad-
uersantibus augebatur Insultabat
ei igitur alter latro Vidisti latronē
et latronem. vterq; pendet in cruce
vterq; furacis vite. similis vtriusq; cō
uersatio. sed non inutroq; mens va
nec ineo sensu mens vna perdurat
nec in eis similis dominatur euen-
tus. Sed vnus beatitudinem celi
hereditario iure ꝓmeruit. alter ad
gehennam mittebatur et penam.
Sicut hesterno die discipuli. et di-
scipulus iudas et vndecim Sed il-
li quidem dicebant. Vbi vis pare-
mus tibi manducare pascha. Iste
autem proditionis stimulatur ar-
dore et dicebat. Quid vultis mihi
dare et ego vobis trado eum. Illi
ad diuinorum misteriorum sese. offi
cia preparabant iste traditiōis me-
ditabatur officium Sic et hic latro
vnus insultat alter adorat atq; ve-
neratur Vnus blasphemat alter be
nedicit. et blasphemantem phibet
dicens Nec deum tu times Vidisti
libertatem in cruce. vidisti philoso-
phiam in tormentis. in pena pru-
dentiam. Quod enim sui memor
fuit quod mente sana vigilabat. da
norum confitione constrictus. quis
est qui poterit non mirari. Sed iste
non solum intra se fuit. sed et suas
necessitates pretermittens. aliorū
vtilitatem cogitabat et magister pē
debat in cruce et sanis psuasionib⁹
alium inuitabat ad uitam dicens
nec tu times deum Non igitur qđ
deorsum est adiudicatus inspicias
sed sursum alia sunt iudicia consti-
tuta Interzeno namq; iudicio. iu
sti non nunq; condemnatur illicite
et iniusti declinant penas. et rei lib
antur et innoxij pregrauantur Aut
enim sponte aut inuiti iudices erra
re consuerunt. aut ignoratione iusti
cie. aut peccunie corruptione aut in
iqua gra sententiā ptulerūt In cele
sti autem iudicio nihil tale esse con
suenit Nam deus iudex iustus. et iu-
dicium eius vt lux pcedit. non ha-
bens tenebras nec ignorantiam Et
ne dicat quia iudicatus deorsum ē
et condemnatus celesti ei iudicium
memorat tribunal illud terribile no
minat et in corruptum tamq; di-
cens. illuc oculos tende et condem-
nationis sententiam minime susti-
nebis nec stabis deorsum cum cor-
ruptis iudicibus excipies sursum.
verum iudicium. vidisti philozo-
phiam latronis. vidisti prudentiā
vidisti magistrum. de cruce subito
euolauit ad celum et in pena posi-
tus celestis iudicis secreta narrabat
et abundanti eum psuasione cōpe-
scens Non times inquit qz incodez

indicio sumus. in eadem pena. im
pari discrimine Numquid et tu in
cruce non es. et cum illum lacessas
iniurys tibi supplicium preparas.
Et sicut is qui peccato carnis p̄gra
uatur si alios peccati accusauerit.
semetipsum prius accusat sic et qui
in calamitate est si alys calamitates
irriserit. sibi prius insultat quā ideo
dem iudicio sumus apostolica illi v̄
ba monstrabat euangelicos sermo
nes enarrans Qui dicunt nolite iu
dicare vt non iudicabimini. quia in
eodem iudicio sumus. Quid facis
latro defendere eum volens parti
cipem fecisti latroni. Non inquit
excusor hac suspicione sequenti ser
mone ꝛ ne omnne participē eū etiā
peccati fecisse arbitreris sequentib⁹
declarauit dicens. Et nos quidem
iuste. digna enim bis que fecimus.
passi sumus. Vidisti plenam confes
sionem. vidisti latronem. in cruce
suis renunciasse peccatis. Dic nam
q̄ ait tu iniquitates tuas prior vt
iustificeris. Nullus impulit. nullus
necessitate constrinxit. sed ipse spon
te sua peccata publicabat dicens.
Nos quidem iuste. digne eī bis
que fecimus passi sumus iste autem
nihil tale fecit. et postea ait Memē
to mei in regno tuo. Non est ausus
dicere memento mei nisi confessiōe
peccati sarcinam remisisset. Inspi
ce quantum prestat confessio Con
fess⁹ ē et paradysū patefecit ꝛ totā
cfess⁹ ē fiduciam meruit vt regnū
post latrocinium postularet Vides
quantorum bonorum nobis mate
ria crux est. Dic mihi regnum com
memoras quid enim regni vidis.
claui et crux est quod inspicis. sed
ipsa crux inquit regnum est et ideo
eum regem nomino. quia crucifixū
inspicio Imperatorium est pro oi
bus mori. et regis optimi p cōmu
ni vtilitate numq̄ recusare supplici
um. Ipse dixit quia pastor bonus
animam suam ponit p ouibus suis
Et ideo imperator bonus animam
suam p̄ his quos regit offerre festi
nat. Quomodo igitur animam su
am pro nobis posuit. ideo eum im
peratorem voco. Memento mei in
regno tuo Vidisti quod crux reg
num est volo et alia ratione cogno
scas Crucem solam non reliquit in
terra. sed secum eam leuauit ad ce
lum Sed ais hocvnde demonstrat
Et ideo audi quod cum ipa veniet
cum ipsa secundam gloriosam suā
presentiam faciet. Ideo gloriosam
crucem nuncupani. Sed videam⁹
si cum cruce veniet. et hoc firma p
batione monstrandum est Si dixe
rit ecce in p̄mptu est christus ecce in
deserto est. Nolite ire. De sedo et⁹
glorioso dicens aduentu p̄pt̄ pseu
do prophetas propter antichristū
vt nullus errore confusus. cum xp̄z
esse arbitretur quia christum ille p̄
neniet. et ne pastorem querens. lu
pum incurras Ideo pastoris aduē
tus signa predico. vt quia prior ei⁹
aduentus clam et latenter ostensus
est ne et futurum talem arbitreris.
signum tibi futurum monstrauit et
ille ideo fuit latenter aduentus. q̄
venit quod p̄erat quesiturus Se
cundus autem non ita est Nā quē
admodum exit coruscatio ab oriē
te et videtur vsq̄ ad occidentē. sic

erit aduentus fily hominis et subi-
to ab omnibus videbitur vt null⁹
interroget. vtrum hic aut illic chri-
stus est Et sicut coruscacione flam
mante superfluum est de coruscatō
ne requirere. sic post presentiam re-
quirere non necessarium est si venit
christus sed vtrum cum cruce veni
et requiramus Non enim hanc q̄-
stionem aliquando oblitione p̄teo
Et audi Tunc inquit. tunc quan-
do veniet sol obscurabit. et luna nō
dabit lumen suum. Tanta eīm lux
ipsi⁹ luminis preclarescit. vt ei⁹ ra-
dijs lumina clara vincantur Tunc
et stelle cadent. et tunc signum vi-
bitur fily hominis in celo. Vidisti
gloriam signi. id est crucis Solis lu
men reddetur obscurum. lune non
dabitur gratia sed illud lumen ra-
diabit. et lucebit. Et sicut impato-
rem regalis pompa precedit. et mi-
litaris ordo pre eundo vexilla hu-
meris portare consuerunt et his ei⁹
declaratur aduentus. sic domino d̄
celo veniente angelorum cetus. et
archangelorum multitudo illud sig
num portant humeris excelsis. ⁊ re
galem nobis aduentum nunciant.
tunc mouebuntur virtutes celestes
et angelos tremor apprehendet. ⁊
vbiq̄ multa formido. Et cur ange-
li trement Numquid et illi indicio
tenebuntur. Non inquam. Sed su-
cut vehementem indicem cogno-
scent. non tantum rei. nec solum cō-
scy. sed et circumstantes inmoy ter
rentur constantia. iudicantis. sic et
tunc natura nostra excipiente sentē
tiā celestis examinis. etiam hi qui
nulla mala conscientia preparant.
nimia terrentur formidine Sed cur
cum cruce veniat videamus Scili-
cet vt hi qui eum crucifixerunt sue
sentiant dementie cecitatem. et id̄o
impudentie eorum signum portat
Ideo propheta ait Tunc lamenta
buntur tribus. terre videntes accu
satorem et agnoscentes peccatū. et
quid mirum est si crucem portans
aduenier quando et vulnera corpo
ris ipsa demonstratur. Tunc enim
inquit videbitur quem compunxe
runt. Et sicut post resurrectionem
thome voluit diffidentiam commu
tare. et illi clauorum loca monstra
uit. et laterum vulnera declarauit
et dixit Mitte manum tuam et vi-
de qm̄ spiritus carnem et ossa non
habet. Sic et tunc ostendet vulne-
ra crucemq̄ demonstrat vt istū ostē
dat illū esse q̄ fuerat crucifixus Nec
tantum de cruce sed et de verbis ip
sis eius possim⁹ agnoscere pietatē
Nam crucifixus cum ei insultaretur
cum irrideretur cum inculcaretur.
dicebat Pater dimitte eis peccatū
Non enim sciunt quid faciunt ⁊ cru
cifixus. peis qui crucifixerunt orabat
et illi quidem dicebant. si filius dei
es descende de cruce Sed ideo de
cruce non descendit quia filius dei
est. Nam ideo venit vt pro nobis
crucifigeretur Descende de cruce et
credimus inquiunt. verba sunt ista
composita excusationis ac diffiden
tie Nam maiora eis mirabilia d̄mō
strauit quando sepultus impositō
lapide surrexit. quando mortuum
cum abulis illigatum lazarum post
quadriduū resuscitauit. Et illi qui-
dem dicebant. si filius dei es liber a

te iste autem omnia sustinebat vt il
los liberaret qui crucifixerunt. Di
mitte eis peccatum quia nesciunt
quid faciunt. Quid ergo dimisit il
lis. Peccatum dimiserat. si illos pe
nituisset Nam si illis non concede
ret peccatum. nec paulus post eccle
sie persecutionem apostolus ertitis
set. nec tanta multitudo iudeorum
credidisset Et quia ingens numer⁹
iudeorum credidit Audi quid di
cunt paulo apostolo Vides frater
quot milia iudeorum sunt qui cre
diderunt Imitemur igitur domi
num. et pro inimicis nostris orem⁹
Et iterum de hac admonitione tra
ctabo Nam ꝛ quinq; diebus ꝺ hac
causa. mens ad uos sermo prolat⁹
est. non quia respuistis que dicunt.
sed quia spero vos assidua commo
nitione meliores efficere. Et siquis
timidi pectoris inuenit. si quis ad
sedandas inimicitias durus est die
rum saltim sanctitate moneatur Ve
recundia temporis erubescat. et iram
suam inimico concedat. imitare do
minum deum tuum. Clauis fixus
in cruce pendebat. et ꝓ inimicis qui
eum crucifixerunt habuit cum pr̄e
sermonem. Sꝛ dicis. Quemadmo
dum potero imitari. Mihi crede.
hoc imples facile. Nam si non po
teras non dicebat Discite a me qꝛ
mitis sum. et humilis corde. si erat
imitare impossibile nec paulus dice
bat. Imitatores mei estote. sicut
et ego christi Si non vis dominum
imitari saltim stephanum apostol̃
imitare qui dominum imitatus est.
Nam sicut christus dissimulata cru
ce contemptis clauis suisq; despe
ctis iniurijs. patrem ꝓ iudeis exora
bat sic et seruus stephanus lapid̃
iactacionibus occupatus. iniquo
circundatus insidys. confractis oi
bus membris. sanciat⁹ corporis do
lore contempto pro lapidantibus
deprecabatur. et ꝓ inimicis orabat
dicens Domine ne statuas eis hoc
peccatum Audisti verba domini au
disti verba serui. audisti verba filij
audisti verba apostoli Ille ait. pat
dimitte eis hoc peccatum. non em̄
sciunt quid faciunt. iste ait domine
ne statuas eis hoc peccatum Et nō
verbis tantum. sed nimia eum affe
ctione deprecabatur Et ideo effle
xis genibus eius cum lapidabatur
orabat Vis et alterum seruum qui
maiora sustinuit demonstremus.
Paulus a iudeis inquit ter virgis
cesus sum. semel lapidatus sum.
nocte et die in ꝑfundo maris fui. ꝛ
post hec orabat ꝓ fratribus suis. ꝓ
cognatis secundum carneu. Vis
et alterum nō denono sed de nete
ri testamento cognoscere. Nam h⁹
plus admirationis affert. quod vbi
nimicos amare non iubebantur.
sed oculum ꝓ oculo dentem pro dē
te. et vbiq; tali onere pro vindicta
apostolica philosophia gerebatur
et audi Moyses delapidatus a iu
deis sepiusq; contemptus quid ait.
Si dimittis ei peccatum dimitte.
sin autem et me dele de libro quem
scripsisti Vides singulos alienam in
commoditatem sue saluti prepone
re. Nihil peccasti. et cur participes
desideras esse supplicy Cur pene cō
iunctus. cur tribulationi socius cur
effectus detrimenti consortiū Quā

iocunditatem. quid beneficy. Cū aly puniuntur sentire possum. nec fructum mee commoditatis agnosco. cum tenentur alij laceratione supplicy. Suffecerant quidem ad emendationem nostre mentis exempla plata. sed vt firmi⁹ corrigamus alium quoq; hui⁹ philosophie precepta seruasse monstrabo. Beatus ille et mansuetus dauid. cum exercitus suus in manitate quadam fuisset arreptus. et filius eius absalon contra patrem tyrannidem exercere voluisset Cum postea deus contra eos fuisset iratus. et dauid vidisset angelum frameam inferentē. et plaga vniuersos deperire ait. ego pastor peccaui. et ego pastor malū feci. Fiat super me manus tua ⁊ sup domum patris mei. Uidisti vbiq; omnium communem philozophiam. Et alter quid gesserit pcipe vt abundanti corrigaris exemplo Samuel propheta sustinuit iniuriam iudeorum remotus abalys est. ⁊ dū deus illi solatium voluisset afferre ait. Non te exprobrauerunt sed me. Et ille qui exordinatus fuerat. qui contemptus ait Mihi absit peccare. intermittendi orare p vobis dominum peccatum arbitratur min⁹ p inimicis orare Christus dicit pater dimitte illis peccatum. Non ei sciunt quid faciunt. Stephan⁹ dicit. domine ne statuas illis hoc peccatum. Paulus ait. Optabam anathema esse ego ipse a christo p fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem Moyses dicit si dimittis illis pctm̄ dimitte. sin aūt. ⁊ me dele de libro quem scripsisti. Dauid ait. fiat manus tua super me. ⁊ super domum patris mei. Samuhel ait. Mihi absit peccare intermittendi orare. p uobis dominū Quā igitur veniam mereri poterim⁹ deum. si tantorum seruorum de veteri atq; nouo testamento. non imitamur exempla vt pro nostris inimicis oremus. Si forsitan aliud facientes. contra inimicos oramus. Nolite fratres nolite deprecor. Nam q̄nto plura sunt exempla que diximus tanto imitationis merces augetur. Melius est p inimicis q̄m p amicis orare Nec enim tantum nobis prostat p amicis oratio. quantum pro inimicis deprecatio Si diligitis inquit eos qui vos diligunt. nihil magnum facitis. etenim publicani h⁰ faciunt. Ut sciatis quia si p amicis oramus nondum publicanos vicimus. Sed quando diligimus inimicos deo inquantum possumus similes sumus qui solem suum oriri facit super bonos et malos. Igitur domini imitatores simus. Estote nanq; ait similes patri vestro qui in celis est. vt et celorum regna mereamur. Per christum dominum nostrū. cui est gl'a in secula secl'oꝝ. Amē

Explicit omelia de cruce et latrone. Incipit omelia iia.

Hodie incipiam⁹ km̄i de crucis tropheo p̄dicare. et honorem⁹ hāc diem. magis autem. coronemur. celebrantes hunc diem Nec enim ex uerbis nostris honorificatur crux. sed ex fideli nr̄a ꝯfessiōe coronas merebim⁹

crucis. Hodie crux fixa est. et secu-
lũ scrificatũ est. Hodie crux fixa est
et demones dispersi sunt. Hodie
fratres crux fixa est. et mors subuer
sa est. Hodie crux vicit. et mors vic
ta est. Hodie diabolus vinctus est.
et homo solutus est. et deus glorifi
catus est. Hodie apud iudeos ter-
ra contremuit. et apud nos orbis
terre firmatus est. Hodie apud iu
deos quia mente audaci contra dñ
vadunt. petre scisse sunt. Hodie a-
mabilis deo pietas vniuersum con
suit orbẽ. Dicebat enim que pieta-
tis erant coniũgi. ea autem que infi
delitatis disiungi. sicut et dauid di
cebat. Disrupti sunt et non sunt cõ
puncti. Hodie apud iudeos ab ho
ra sexta. vsq; ad horam nonam sol
obscurat⁹ est Non enim ferre poter-
rat cetera iniuriam creatoris. Re-
traxit radios suos. ne videret impi
orum facinora non qđ deitatem in
iuria tangeret. sed quia que audaci
superbia fiebant. in contumeliam
eius reputabantur. Hodie apud
iudeos tenebre sunt. apud nos aũt
nox in diem conuersa est. Etenim
pietati hoc proprium est. vt intene
bris fulgeat. impietas autem et si in
lumine fuerit. tenebrescit. Fidelib⁹
nox in diem mutatur: infidelibus
autem etiam ipsa lux tenebrescit. et
de fidelib⁹ quidem scriptura dicit.
quia tenebre non obscurabuntur a
te. et nox sicut dies illuminabitur.
in fideli autem et dies in noctem mu
tatur. dicente scriptura. Palpabũt
sicut ceci parietem. et ambulabunt
in meridie sicut in medio noctis ho
die adam eiectus est de paradiso.
et hodie latro in paradysum ingre-
ditur. Eryt fur. et introyt fur Eryt
preuaricator et ingressus est latro
Eryt contemptor verbi. et intro-
yt confitens verbum. Eryt contẽ-
nens salutẽ. et introyt de cruce mer
cans salutem. Scio et ante me dixi
se de latrone. sed habet diuersas in
telligentias dei sermo. Iste latro ẽ
ligno mercatur salutem. hic latro
furatur celeste imperium. Clim facit
maiestati. non virtute ppria sed fi-
de vincens. Ipsius domini vox est.
Regnum celorum vim patitur. et
violenti diripiunt illud ĩ cruce duo
latrones. imago iudeorum et genti
lium. Latro qui penitet. imaginem
optinet populi et gentibus congre
gati. qui prius in errore ambulaue-
rat et post hoc veritatem. agnouit
imaginẽ vero latro ille optiet iudo
rum qui vsq; in finem perseuerat la
tro. et vsq; ad tempus quidem cru
cis viam malignitatis ierunt. crux
autem diuisit vtrũq;. Clã nanq; ci
uitatis et perditionis qui non credi
dit ingressus est viã aũt salutis qui
credidit ingressus est. viã salutis q̃
credidit adept⁹ est. In cruce didi-
cit latro differentiã viarũ qñ nouit
domin⁹ viã iustorum. via ãt impio
rum peribit. Et vide dei iustũ iudi
cium vt dicas et tu cũ propheta.
Just⁹ es domine. et rectum iudiciũ
tuum Propter vnũ peccatũ dam-
natur adam. t propter vnã fidei vo
cẽ latro saluatur Clnum peccatum
eiecit illum et vna iustitia introduxi-
it istum. et latro habitator factus
est paradysi O admirãda rerũ ma
teries Nec abrahe data est p vocẽ

repromissio paradysi Hereditauit quidem p fidem repromissionem. autem paradysi nemo ante latro nem accepit. Dic autem perscrutãs diligentius vetus testamentum et nouum. nullum ante latronẽ ineni es repromissionem paradysi meruisse non abraham. non isaac. non iacob. nec moysen. nec prophetas nec apostolos. sed ante omnes reperies latronem. Audi igitur dominicam vocem. Amen amẽ dico tibi hodie mecum eris in paradyso. Vocauit quippe deus abraham dicens Exi de terra tua et de cognatione tua ⁊ non dixit illi hereditatem capies: paradysi sed veni in terram quoniam monstrauero tibi. Et ysaac qdẽ typum christi portauit. et iacob colluctatus in figura cum deo est. Et moyses legẽ accepit. et p repmissionem audiuit bona terre manducaturum se esse. si legem domini dei sui custodisset. et nusqꝫ repmissio paradysi ante latronem Necessarium est ergo querere. cur huic ante alios. et ãte tales viros fide dignissimos potissimum repromisit. Credidit abraham deo. sed credidit illi de celis loquenti. et per sanctos angelos sermonem proferenti. et de p pria auctoritate legem danti. Credidit et esayas. sed in gloria consistẽti. Vidi enim inquit dominum sedentem. super thronum excelsum. et elenatum Credidit et ezechiel. sꝫ et ipse dñm sup cherubin ꝺtẽplat⁹ est Crediderunt reliqui prophete sꝫ diuerso modo dominum glorie intuentes. sicut videre possibile humane erat nature Credidit sic dixi et moyses. sed de medio ignis loqnti. et in tube clangore ⁊ itonitru q ⁊ infidelem poterant prouocare. hec autem dico non vt sanctis derogez absit. sed propter eum qui solus p verbum meruit paradysum. iste g⁹ vidit saluatorem nõ super throno regali non adorari in templo. non loquentem de celis. non per ãgelos disponentem. sed in pena sociatum latroni. videt in tormentis. et tanꝫ in gloria adorat. Videt in cruce et rogat quasi in celis sedentem videt condemnatum et regem inuocat. dicens Domine memẽto mei cum veneris in regnum tuum. Crucifixũ vides et regem predicas. Inligno pendere cernis ⁊ celorum regna meditaris O admiranda latronis cõuersio Numquid nam scripturas legisti ab iniquitate non cessans. Nũquid nam prophetas audisti homicidia exercens. Numquid nam diuinum audisti sermonem quando ad cedem gladium accuebas Und eruditus es talia philozophari de christo. Judei crucifixerunt q nouerunt legem et prophetas legerunt. et tu bozum ignarus deum vocas condemnatum. et adoras crucifixũ Quis te erudiuit o latro talia ꝺ eo dicere. Non me inquit lex docuit. sed sol occultans lumen suum Vidi quidem crucifixum. sed terremotũ sensi. et propter parricidas iudeos elementa indignantia intellexi. Et petere quidem scindebantur. et corda hominum non metuebant. Scissa sunt petre disruptum est velum templi ⁊ in deorum secreta patuerẽt Et hoc velũ qdẽ erat sꝫ pciosissimũ

qđi dieb⁹ celeberris suspēđbat p̄cō
sissim valđ đ purpura ⁊ abysso ⁊ co
cco ⁊ auro ⁊ ꝑico ⁊ iaci⁰ ꝯtextū i i⁰ ei
tpe cruc⁹ t̄ra mota ē. sol fug⁺ petre
scisse sūt velū disrup⁹ ē mōum̄a pa
tuer̄t ⁊ sic̄ gl̄a dō⁹ ē vbi velū pēdet
habitāte itrisec⁹ dño dō⁹. sic igno
mia tēpli ē vñ recessit spc̄ sc̄s p⁹q̄ ei
ipias ifiliū đi itulerūt mā⁹ iiuria đo
facta ē q̄ habitabat i tēplo ⁊ iō rece
dente dño đꝑta remāsit dō⁹ sic̄ ip̄e
dix⁺ ecce relinq̄t dō⁹ vr̄a đꝑta egres
so rege gl̄e disrupta sūt symbola re
gni apta sūt mōuta ⁊ surrexer̄t mor
tui ⁊ itrauer̄t i scāz ciuicatē vt i excu
sabilē reliq̄rēt cāz ⁊ dñi resurrectio
firmaret̄ si fili⁹ đi es đscēde đcruce ⁊
⁊ credi⁹ tibi ꝯsiđa nc̄ vocē filioꝝ di
aboli qūo imitāt̄ vocē p̄rnā diabo
l⁹ dicebat si fili⁹ đi es mitte te deor
sū ⁊ iuđi dicūt si fili⁹ đi es đscēđ de
cruce ⁊ credi⁹ tibi parit̄ crucifigūt la
trōes ñ tāq̄ ūmici latronū ꝑticipes
ei erāt scelerꝰ eoꝝ sz vt ifāarēt dñm
suū qꝛ ñ sñ cā crucifix⁹ sit sz q̄si q̄ faci
noros⁹ iuēt⁹ sic ñ tacuit esaijas tra
gedie h⁹ narratōz dicēs obiniq̄tatē
ppli duct⁹ ē ad mortē ⁊ cū iniq̄s đ
putat⁹ ē h⁰ ē cū latrōib⁹ q̄b⁹ iđo so
ciar̄t xp̄z vt macularēt dñi passiōz.
vt sciatis qꝛ ñ ođrāt latrōes. audi
pilatū dicētē quē vultis dimittā vo
bis ihm̄ an barabbā q̄ ꝓpt̄ homici
diū inicul̄ tēebat̄ ⁊ illi dixer̄t dimit
te nobis barabban latrones petie
r̄t latronē dñz aūt crucifixer̄t. Nō
virtute sua vincentes. sed dispensa
tionis et prophetie impleatur vo
luntas. Dicit illis pilatus. Regem
vestrum crucifigam. At illi dicebāt
Nos non habemus regem. nisi ce
sarem Abnuerunt dei regnum ⁊ tra
diti sunt regno romanorum. quia
quod habuerunt non intellexerunt
ideo quod petierunt. acceperunt.
Coronauerunt crucifixum spinis.
obtulerunt ei fel et acetum. Et hec
ip̄a futura olim p̄dixerat moyses di
cens Generatio praua et exasperās
hec dño retribuisti. Et qui dedat
māna ideꝑto. huic te fel offers. ⁊ q̄
đtra tibi delitias ꝓduxit. tu illi spi
neā imponis coronā. Ideo clamat
esayas dicens. Sustinui vt faceret
vuam fecit autem spinas. Dicunt
iudei. Sanguis huius super nos ⁊
et super filios nostros illis ad con
demnationem. nobis autem adiu
stificationem. Sanguis christi illis
ad mortem. nobis vero advitam.
Non est enim sanguis christi deteri
or babijlonio igni. Ille scit sancto
rum incamino honorare corpora.
et chaldeos cōburere quanto ma
gis sanguis ille preciosissimus scit
ꝑdere icredulos ⁊ saluare fideles.
Decuit em̄ splēdorē crucis obceca
re ifideles ⁊ illuminare credētes so
la ei xp̄i crux ē q̄ dissoluit tenebras.
⁊ regnū đmonū dissipauit ⁊ oēz ter
rorē malignātiū abstulit. crux scita
tē ꝓuidit. crux nob̄ sol iusticie facta
ē vt illumiati mia e⁹ glorificem⁹ pa
trē ⁊ filiū ⁊ scm̄ spm̄ i secl̄a secl̄oꝝ A

Explicit Omelia secunda de cruce et latrone. Incipit o. S Jo. de cruce dominica

Quid dicam quid lo
quar. quid vobis no
men impono. Oues
an pastores nautas ā

gubnatores Discipulos ā mgr̄os.
Quē ad modum zelum vr̄m igneū
admirabor. Oues vos vocabo etei
estis quieti. ⁊ mansuetudine pleni-
pastores vos dicā eteni vestꝝ estis
dn̄m imitātes. Nautas appellabo
nā ⁊ estis expiſm̄to mlto tēpestiuam
hiemē sustinēs gubnatores vos di
cā ⁊ ei estꝰ sic̄ pitiss iꝰ gubnator artifi
cij argu^to tēpestiue aspitatꝰ effugiēs
molē ⁊ itegrā ad trāqllū portū ddu
cēs nauē sꝫ disciplos vos vocabo ⁊
hꝰ qꝫ estis pati ad obediētiā sꝫ mgr̄
os vos dicā. etei estꝰ mihi ei ñ pigꝝ
ē sepiꝰ totiꝰ mdi vos vocare mgr̄os
qd ḡ dicā ā qd loqr̄ qlit̄ vos vōbo
oues an pastores nautas an gubna
tores disciplos ā mgr̄os aut qūo ze
li vr̄i exaltabo p̄cōia qd ḡ diciꝰ hoe
volo m̄sā vob appōē spitlē ñ corpꝰ
reficiētē sꝫ aiaꝫ lucidātē tal etei ē m̄
sa spital ñ sic̄ ia q̄ vētrē onerat ⁊ obtū
dit aiaꝫ sꝫ sic̄ ille q cū mixꝝ aliqd cō
medit odorē suauitatꝰ eructat ꝑmo
ei ē spiritalꝰ ⁊ ñ solū semetip̄ꝫ odore
fat bono sꝫ ⁊ pxios suos replet suaui
tatꝰ dulcedie extēdite vosmetip̄os
verbum enim proferre volo et im-
more natantium. Qui se enaui pe-
lagi profundo cōmittunt ⁊ dorsū ā
bulās cōcā i q̄ margata latꝫ pqrāt
ita ⁊ nos hn̄tes ꝓ naue eccl̄aꝫ ꝓ gub
nacul crucē ꝓ gubnatore xp̄ꝫ ꝓ pre^a
pr̄eꝫ ꝓ uēto spm̄ scm̄ ꝓ velo gr̄aꝫ ꝓ
nautis aplos ꝓ nauigātibꝰ pphes
ꝓ mari vetꝰ testam̄tū ⁊ nouū cōmit
tamꝰ nos pelagibꝰ ꝓfūdo ad pqrē
dū i scriptis diuis margaritā latētē
Parate aios vr̄os ⁊ tota itētiōe m̄
tis q̄ dicūtur audite Cupio eī hoc
sctāꝝ scriptaꝝ ꝓfūdo dscēdre ⁊ ind
vob ꝓferre p̄ciosissimā margaritā.

nolite q̄so neglegēter audire scripm̄
ē ei ne mißitis margaritas meas añ
porcos. ⁊ ne detis sācta mea cāibꝰ.
cū āt porcos. audis ⁊ canes km̄e ne
d brutis aialibꝰ estimes dici Porci
em̄ sunt q vitā suā cenose libidini ⁊
voluptatibꝰ secl̄i māciparūt canes
vero omnes heretici qui contra cre
atorem suum blasphemiarum ex-
tendūt eloqa facire gꝰ vos dignos
ad suscipiēdū p̄ciosissimā marga-
ritā quā vob apponere cupio sic̄ ei
agricola pitissimꝰ ñ incassum semi
nat sꝫ pꝰ iūgit boues ⁊ aratrū ducit
⁊ scidit t̄rā ⁊ spinas eradicat ⁊ sic d
mū cōmittit semia sua. vt cū dscēde
dret d celo pluuia cōm̄data t̄re cō
foueat semia q̄ ñ stati ꝓducit spicā
sꝫ hieme i t̄ra manet ⁊ verni tpis su
scepta pluuia ⁊ sol calore cuota erū
pit i spicā ⁊ sic apta fit ad metēdū ⁊
trit̄ata horreis recōdit ego āt ñ hie
mē ñ vernū ñ sol radios ñ ibrē neqꝫ
boues iūgā nec aratrū trahā neqꝫ ꝓ
scidā neqꝫ spicas euellā sꝫ hodie se
minabo ⁊ hodie metā ñ opabor ir
rōnabilē t̄rā. sꝫ rōnabilē ñ isensibilē
sꝫ sēsibilē ñ ex aimē sꝫ aiaꝫ hn̄tē ⁊ be
atꝰ eꝰ hm̄ōi t̄re agricola dputabor
Tūc em̄ beatꝰ sum qñ i aures audi
ētiū loquor. scriptū ē em̄ beatꝰ q lo
qtur i aures audiētiū qꝛ scripta in
obidiēti mortē comiat. beatꝰ gꝰ eꝰ
beati vero ⁊ vos Nā ⁊ dn̄s ihesꝰ i
euāgelio discipul suis dicit. Beati
estis si verbū meū ꝑuaueritis Extē
dite gꝰ vosmetip̄os ⁊ i tēta aure q̄
dicunt audite volo em̄ q̄si q̄ndā cō
patōꝫ oñdere fingamꝰ dū q̄si hoieꝫ
sedētē i excelso mōtis vertice. ⁊ exin
de ꝓspiciētē vniuersū mare nauesqꝫ
transeuntes aliam quidē velificātē

Et tempestatem violentia pacien-
tem ventoꝝ. sed gubnatore peritis-
simo. regente vndarũ moles huc il-
lucq; diuidẽtẽ illesam i portũ dedu-
cere nauẽ. alijs ãt ꝓspero curso re-
ctã viam ꝑ gentib⁹. alys vero nau-
fragiũ sustinẽtib⁹ et paucos exinde
homines adiumẽto axis alicui⁹ ad
litus euadentibus alys vero morie-
tibus. ita est ⁊ deus. omnia ꝓspiciẽs
Quando autem dixero deum sedẽ-
tem in excelsis. vbiq; eum credite eẽ
p̃sentem Nec enim locoꝝ distantia
retardat̃ cum ipse sibi sit loc⁹ ⁊ ip̃e
omnia capiat. capiat aũt eũ nichil
Que enim capacitas potest incorp̃
alem ferre naturam immobilem. et
sine fine et inuestigabilẽ. et i cõuerti-
bilem. et in comprehensibilẽ q̃ oĩa
deus est Sic oportet nos credere d̃
deo Nec em̃ ẽ nr̃a sal⁹. Nec ẽ ãt et̃-
na vita. vt cognoscant te solũ verũ
deum. et quẽ misisti ihesum christũ.
In hoc nanq; capitulo reprehende-
re nos ingrati heretici volunt qui
legentes non intelligunt que legũt.
Xp̃m ãt cũ audieris km̃e ñ solũmõ
deũ putes. sed deũ ⁊ hominẽ crede
Scio nãq; esurisse xp̃m. ⁊ scio xp̃m
de quinq; panib⁹ et duob⁹ piscib⁹
saciasse q̃nq; milia boĩ3 excepto par-
uulis ⁊ mulierib⁹ Scio xp̃m sitisse.
scio xp̃m sup̃ aquas pedibus ambu-
lasse. Scio xp̃m mortuũ. ⁊ scio xp̃3
mortuos suscitasse Scio xp̃m pila-
to astitisse. et scio xp̃3 ad dexterã pa-
tris cõsedisse Scio xp̃m lapidatũ. ⁊
scio xp̃m ab ãgelis adorari. Et que-
dã q̃dẽ refero deitati. q̃dã ãt assig-
no humanitati. q̃ noui xp̃m d̃ ma-
ria natũ. ⁊ scio xp̃m añ oĩa secl̃a ge-
nitũ ⁊ apud d̃m sp̃ d̃m eẽ v̄bũ. Glo-
rificem⁹ ergo xp̃m ih m̃muꝝ i expu-
gnabilẽ fundam̃tũ q̃d sup̃ petrã fũ-
datũ est ipse enim dicit petro. Tu
es petrus et super hanc petrã fun-
dabo ecclesiam meam. et porte infe-
ri non preualebunt aduersus eam.
sicut beatissimus paulus dicit. Fun-
damentum autem nemo potest po-
nere preter id quod positum est q̃d
est christus ihesus. Rogo ergo dilec-
tionem vestram. vt in hac vita po-
siti exhibeamus nos irreprehensibi-
les inuicem sufferentes. inuicem in-
struentes. Non est enim regnum di-
esca et potus et diuitie ⁊ iactantia.
sed pax et gaudium in spiritu sanc-
to. Timeamus namq; iudicy se ue-
ritatem. et penam gehenne Non er-
go demus locum diabolo. sed resi-
stamus ei. Non enim est nobis pu-
gna aduersus carnem et sanguinẽ.
sed aduersus principatus et pote-
states. aduersus mundi istius per-
uersos spiritus. Festinemus ergo.
effugere eternam penam. Nec enim
propter nos pena facta est vt in ip-
sam mittamur. sed vt liberemur ex
ipsa. Talem enim habemus deum
amatorem generis humani. miseri-
cordie atq; clementem. qui nos ad
se conuersos de gehenna liberat.
Testificatur nanq; dauid dicẽs de⁹
iudex iustus fortis et paciens. num
quid irascitur ꝑ singulos dies. Nisi
conuersi fueritis gladium suũ fibra-
bit et arcum suum tetendit ⁊ para-
uit illũ et in eo parauit vasa mortis
sagittas suas arsuris operatus est.
Nec ãt de⁹ nõ vt nos iudicet. s3 vt
solliciti simus. ⁊ precepta ipsius ob

seruimus. Quod si contemnimus, inexcusabiles sumus. Nā et si voluisset nos perdere. non vtiq; ꝓpriū ꝓ nobis fudisset sanguinem. Mortuꝰ est. ergo vt tibi imortalitatē donaret. esuryt vt te sua carne saciaret. sitiuit. vt te ꝓprio potaret sanguine Sup asinū sedit. vt te sup cherubī sedere faceret. Baptizatꝰ est vt te illuminaret Alapis cesus ē. vt te a seruitio liberaret. viator factꝰ est. vt te sine labore faceret. Nauigauit vt te sine timore redderet Ex muliere natus est. vt p̄uaricationē eue deleret. homo appellatus est. vt te deū vocaret. filius hominis dictꝰ ē. vt te ī filium adoptaret dei Accepit q̄ erāt nostra. ⁊ dedit nobis que erant sua Orauit vt te fidelem faceret. sicut dicit super lazarum. Pater glorifica filium tuum. vt et filius tuus glorificet te. Et venit vox de celis dicens. Glorificaui. et iterum glorificabo. Scio qm̄ semp me audis sed propter turbam astantem dixi. vt omnes credant quia tu me misisti. Si quid igitur sustinuit. non propt̄ semetipsum. neq; propter patrem suum. sed vt saluaret ꝑ crucem genus humanum. Et si nosse desideras karissime virtutem crucis. ⁊ q̄nta possum ad eiꝰ laudē dicere audi

Crux spes christianorum.
Crux resurrectio mortuorum
Crux cecorum dux.
Crux desperatorum via.
Crux claudorum baculus.
Crux consolatio pauperum
Crux refrenatio diuitum
Crux destructio superborum
Crux male viuentium pena
Crux aduersus demones triūphus
Crux deuictio diaboli.
Crux adolescentum pedagogus
Crux sustentatio inopum
Crux spes desperatorum
Crux nauigantium gubernator
Crux periclitantium portus
Crux obsessorum murꝰ
Crux pater orphanorum
Crux defensor viduarum
Crux iustorum consiliarius
Crux tribulatorum requies
Crux paruulorum custos
Crux virorum caput
Crux senum finis
Crux lumē intenebris sedentium
Crux regum magnificentia
Crux scutum perpetuum
Crux insensatorum sapientia.
Crux libertas seruorum
Crux imperatorum philozophia
Crux lex impiorum
Crux prophetarum preconatio
Crux annunciatio apostolorum
Crux matyrum gloriatio
Crux monachorum abstinentia
Crux virginum castitas
Crux gaudium sacerdotum
Crux ecclesie fundamentum
Crux orbis terre cautela
Crux templorum destructio
Crux idolorum repulsio
Crux scandalum iudeorum
Crux perditio impiorum
Crux inualidorum virtus
Crux egrotantium medicus.
Crux emundatio leprosorum
Crux paralyticorum requies
Crux esurientium panis
Crux sitientium fons
Crux nudorum ꝓtectio

Nuditatem autem cum dixero nō
corporeā estimes sz ifidlitatis penā
Cū āt i xpo crediderit vestit⁹ inenie
tur. dicēte paulo. qcūqz i xpo bapti
zati estis. christū iduistis. xpm aūt
cū audieris deū et hominē itellige
Hec eadē sepi⁹ dico. r dicēs ñ cessa
bo Mihi eim ñ pigrū dicere vob aūt
utū ē Volo eim vos omnes docto⁊
res fieri xpc dict⁹ ē ab vnctiōe nom
driuās ihes⁹ dict⁹ ē hō dñic⁹ verbū
dr qr d do ē di verbū. fili⁹ qm d pa
tre vnigenit⁹ qūo sol⁹ d solo d⁹ qm
creator Audi nāqz iohānē dicētem.
In pncipio erat verbū r verbū erat
ap⁹ dm r d⁹ erat verbū h⁹ erat ipn
cipio ap⁹ dm. oia p ipz facta sūt et
sine ipo factū ē nil qd factū ē Vides
qm hic ē q verbo celū extēdit r va
rio stellaz ornat decore. r extēd⁹ ce
lū qsi vestimētū. h⁹ ē q soli tantā lūi⁊
nis grāz dedit. hic ē q lune decorē
iposuit hic q terrā supz aquas fun⁊
dauit hic est qui diuersos eā insuit p
ducere flores r arboz diuersa gene
ra fontesqz ebulire pcepit flumina
fluere. congregari. lac⁹. mariqz ipo
nēs ēminū ex aqs quoqz pduceze ai
mātia. vētos spirare pcepit mōtes
stacā appēdēs nubib⁹ moueri pce
pit diuersi generis aimātia pcreant
quid autem de angelis dicam. de
archangelis de sedibus de domina
tionibus de cherubin. r seraphin.
principatibus et potestatibus. r tē
poribus. et annis r mensibus r die
bus r horis. r lumen et tenebras
et quicquid illud est. quod subsistit
Nouissime āt hoiez fecit ad imagi
gnē r silitudiez suā r i paradyso po
suit tāqz cultorē pcipuū vidēs autē
humanum genus a diaboli supa⊊
ri malitia. voluit creaturā suā assu⊊
mere et qsi vnū hoiez idui. r affige⊊
re illū cruci. et sic vt p lignū crucis
vniuerso generi sal⁹ oriret Elatus
ergo diabolus quia ipe quidē de ce
lo corruerat. videbat āt adā para⊊
dysi esse colonū. iflat⁹ inidia. iduit
spētis imaginē in corpal'em cū eēt
corpalibus loq ñ poterat. Et di⊊
cit ad eū O qm speciosum lignum
ad edendum Quod si ex eo gustaue
ritis eritis quasi dij Seducta ergo
eua decepit virū suū. Cū autē de in
terdicto comediss̄ent ligno. appa⊊
ruerunt ambo nudi. Tunc clemen
tissimus deus dixit ad adam Adaz
vbi es. Non quod ignorazet deus
sed post persuasionem diaboli qui
illi promiserat deitatem. et inuenit
nuditatem. dicit ei vbi es. Hoc est
de qua dignitate. ad quale dedu⊊
ctus es dedecus. Quia mandu⊊
casti de ligno sententie boni et ma⊊
li. remansisti homo. dequo precē⊊
peram tibi ne manducares man⊊
ducasti. Ideoqz prevaricatus es.
Folia autem ficus cooperti sunt.
peccati faciem obuelantes. Respō
ditqz adam. Audiui vocem tuam.
deambulantis imparadyso r ab⊊
scondi me. Et dixit. Quid fecisti.
Et ille dixit. Mulier quam michi
dedisti ipsa me seduxit. Culpam p
priam confiteri non vult. quippe
qui ipse mandatum acceperat au⊊
diente compare. Et eua interro⊊
gata dixit. Serpens mihi suasit O
eua viro te subiectam esse volui ñ s
pēti. cur mea precepta contemnis.

et serpentis audisti. Hec aūt causa
bātur sperātes sbtrahere se se a sup
plicio posse. ⁊ d⁹ iqt ad adā. Male
dicta t̄ra i opib⁹ tuis spias ⁊ tribu
los generabit tibi isudore volt⁹ tui
māducab panē tuū. ⁊ ad mlierē di
xit d⁹. imerorib⁹ paries filios et ad
uiꝝ tuū cōuersio tua. ⁊ ipe tui dña
bit. ꝓcessit nāq ad sp̄ētē sentētia di
cēs. sup pect⁹ tuū repes ⁊ t̄rā man
ducab cūctis dieb⁹ vite tue tu. eius
obs̄uaberis calcaneū et illa tuū ob
s̄uabit caput. cur āt s̄pētē maledi
xit vt ipectore ⁊ i vētre graderet̄ ⁊ t̄
rā māducaret oib⁹ dieb⁹ vite sue.
pect⁹ maledixt qꝛ i ipo ꝯsistit cor ꝙ
ꝯcupit malū. vētrē v̄o noiauit qd̄ p
escā seduxit Terrā āt māducare oi
b⁹ dieb⁹ vite sue. t̄renos hoies ha
bebit subiectos. q̄ sue obedierint vo
lūtati. magis q̄m p̄ceptis d̄i accepe
rūt ḡ tres sentētiā qm̄ ⁊ tres sunt p̄
uaricatiōꝫ opati. Sic ḡ p̄uaricatio
p lignū. ita et sal⁹ p lignū. Pro his
ḡ oibus gr̄as agam⁹ d̄o p xp̄m do
minum nostrū cui est gl̄a insecula se
culorum amen.

Explicit omelia de domini ca cruce Incipit sermo S. Jo. de ascensione domini

Quando de cruce nr̄a
ꝓcessit. oratō foris ci
uitatē solēnitatē cele
brauim⁹. ⁊ nūc qn̄ de
crucifixi ascēsione trac
tam⁹. p̄clarū diē ⁊ oi leticia coruscā
tē fines ciuitat⁹ egressi summa cum
gratulatione celebram⁹. Et hoc nō
ad cōtumeliā ciuitatis sed ad ho
norē obs̄uat̄ scōꝝ. ne nos cā dissi
mulatiōis accusent dicentes. qd̄ p
dn̄o sensim⁹. vniuersa tormēta vexā
tium manibus nostra vidim⁹ ossa
carne nudata patiētia nr̄a tortor ces
sit irat⁹ libenti anio ꝓ cristo noster
sanguis effusus est decisa capita sūt
ꝓ eius gl̄a Hec oia meruimus susti
nere nec misteriorū archana in no
stris tabnacul̄ celebrātur Ideo di
ctissimi fratres hodie ad loca cōue
nimus beatorum ad sanctoꝝ habi
tacula festinā⁹ vt cōuent⁹ nr̄ ipoꝝ
quoq presentia clarior redderet̄ n̄
eni i hoc theatro martyres tm̄ pre
sunt sed ⁊ angelorum instantia loc⁹
decorat̄ Nam et angeli presunt. et
si martyres videre desideras si an
gelos cupis inspicere. aperi oculos
fidei et illud tibi theatrum facile de
monstratur Nam cum in omni ae
re angelorum multitudo versatur.
multo magis in ecclesia. multo am
plius hodierno die quando eorum
dominus ascendit in celum. Et vt
scias quod angeli vbiq versantur
audi quod paulus femineo pudori
ꝓspiciens ait. debent mulieres vela
men habere supra caput. propter
angelos. Et iterum iacob angelus
ait Qui liberat me a inuentute mea
Et illi qui cum apostolis erāt aiūt
ad erodem. Angelus ipsius est. Et
iacob. Vidi inquit castra angelorū
Et merito angelorū castra videbāt̄
in terra. Nam sicut imperatoris op
timi profusione vrbes omnes vni
uerse ciuitates. castella. singula.
manu militari aduersus hostilem.
muniuntur aduentum. Et om
nia loco diligenter armantur. ne
barbacica icursione deleant̄ ⁊ ita

dō qm̄ babara ⁊ agresti īterabiantes dmões ad patis euersiōz vbiqꝫ vsaṫ ad tutelā nr̄az ostituit exercitū āgeloꝝ vt eoꝝ pn̄tia demonū cōfringaṫ audatia. ⁊ p eos nob pacis gr̄a mīstreṫ. vides qd ⁊ āgli p̄sunt i sistūt martyres ⁊ vbiqꝫ nob p̄parāṫ aurilia. qd igiṫ mirī illē. q̄ omen tū istū splēdidū dreliquūt ⁊ qd vob beatī. q ad tātā solēnitatē cōcurre voluistis Sz fortissimū martyrū facta a tpe dclarem⁹ ⁊ ad ꝓpositū redam⁹. hodierna die dilectissimi frs do sum⁹ mira reco̅ciliatiōe sociati. hodierna die hūanū gen⁹ celestē miam meruisse ꝯgnoscit. hodie vet⁹ iurgiū dissolutū ē sedatū pstunū bellū. hodie nob pax mirāda donata ē q nūqꝫ sperebaṫ posse ꝯcedi. nā nlla spes erat dū humane velle recōciliari naṫe ñ qz dns ihuman⁹. sz qz bu⁹ neglegētia videbaṫ oppressus nō qz crudeli dns sz qz cōtumax bu⁹ ē. vis audire quod nostro vitio de⁹ ad commotionem ꝓuocatus est. qd nr̄a culpa māsuet⁹ dns videṫ irat⁹ discе singula ⁊ rationem cause cog nosce vt cū sedatū senseris bellū iurgiū dissolutū. ⁊ humanū gen⁹ summo honore decoratum. diuinam gratiam misericordiamqꝫ mereris. et ꝓperna deum benedictione scifices. Aliquando deus de humani generis confusione cogitauit. et un tantū ei⁹ ira ꝓcessit. vt viros et feminas senes. et iuuenes. feras et pecora lucis priuare dispositisset aspectu. Et audi diuie verba sentēcie de lebo inquit hominem quem feci a facie terre et bestias et peccora. qm̄ recogitaui quia feci hominem. Et vt qz scias hūana ei non fuit exosa natura. Sed malitie vestre ferebat honorem. postqꝫ dixit deleo hominem quem feci a facie terre. dicit ad hominem tempus omnis hominis venit ad me. Et si holez hēbat exosum. ñ loqueretur ad hominem nec dignum eum suo sermone fecisset. nec diuinum eum percipere cōcessisset auditum. Sed vide dei misericordiam. Hominem quadam satisfactione cōsolatur. et causas ei future calamitatis enarrat. non vt homo causas discat. sed vt narrando alys multos meliores efficiat. Quod dicebam hoc est. Intantum humanum genus pessime conuersabatur. vt ipsius terre habita ꝯcione carere speraretur. Sed ⁊ nos qui et terra videbamur indigni hodie eleuati sumus ad celum. Qui nec terrestria merebamur. celeste regnum meruimus possidere. Terrorum transiuimus fines. et ipsa sedes regali decoramur. Et natura. cuius causa cherubin seruabat paradysum. a cherubin summo cum honore susceptа est. Sed hoc mirabile quemadmodum factum est videamus. et quemadmodum nos qui tantam offenderamus clementiam. vt et terrestribus priuaremur excelsa tenuimus. et alta meruim⁹ possidere. quemadmodum sedatum iurgium. Et illa videatur ira sublata. Disce quod ñ nostra dep catione. Qui eum offenderamus Sed postulatu eius Qui iuste fuerat nobis iratus. Par facta est

Pro christo namq; ait. legationez fungimur. tamq̄ deo rogante per nos. Quid hoc est. Ipse rogat qui iniuriam passus est Valde inquit. Nā deus clemens est et ipse tanq̄ pater misericors d̄pcat. ⁊ vide q̄ medius est. qui reconciliator accessit. Non angelus. non archangelus. sed ipse filius deprecatur. Et sicut duobus iurgio separatis. vnus in medio. positus. Alter cantium. litem. discordiamq; dissoluit. ita et christus fecit. Deus nobis iuste irascebatur. et contemnebamus iratū et clementem dominum declinabamus et se medium christus ingessit et sociauit vtramq; naturam Et nob quod imminebat a patre supplicium ipse sustinuit. Vis discere quod et inde supplicium. et exhinc insultationem ipse sustinuit Christ⁹ nos redemit de maledicto legis. factus ꝓ nobis maledictum. Vides quod imminens celeste supplicium ipse sustinuit. disce quod et terrestrē insultationem ipse tollerant. Insultantium ceciderunt super me. Vides quemadmodum sedauit iurgium. quemadmodum legem ip̄e dissoluit. nec ante discessit. sed multa fecit multa sustinuit. vt inimicum reconciliaret et hostem deo sociaret ⁊ amicum faceret qui multo tempore fuerat inimicus. Et horū omnium beneficiorum hodiernus dies materia fuit. et tamq̄ primicias nature nr̄e d̄o dedit. Et sicut de cāpis ac segetib⁹ d̄coratis si q̄s collectas spicas obtuerit d̄o oēz cāpo benedictionem reportare perspicitur. sic et christus per illud corpus fecit benedici nostrām naturam. sz cur non omnem naturam leuauit ad celum Scilicet qr ñ videntur esse primitie. cum totum offert. sz cum breue offertur. Breui enim oblatione. totum benedicitur. Sz iquis Si p̄mitie sunt. primum factum hominem ad celum debuerat eleuare. primitie namq; sunt. quod primū offātur. Primum quod pullulat non est hoc primitie. Nam inbecill' fructus nullus est. sed fortis et validus ipse debet offerri. Quia igitur ille fructus peccato fuerat alligatus. et peccati crimine tenebatur. Ideo ñ leuatus est. licet prior factus esse videatur sed qui postea factus est. Et vt discas quod ille fructus primitias facit. qui robustus et validus et summa maturitate florescit testimonium te diuine lectionis poterit edocere. Si intrabis interram quaz dñs deus tn⁹. tibi dabit. inq̄t moyses ad populum. et plantabis i ea omne lignum quod facit fructum adedendum. tribus annis depurgabis fructū eius. quarto vero anno fructus sanctus erit domino Ergo si primitie sunt quod primo ꝓfertur. primi anni fructus domino debebamus offrrre. Sed ille ait tribus annis non purgabis fructum eius. sed dimittes illud quia nō dū arbor valida firmitate roboratur. nec fructus aliqua maturitate florescunt sed quartus inquit annus sāctus erit domino. Vide legis conditoris prudentiam. fructum primū. nec manducari ꝑmittit. ne ante deum quisquam eum percepisse vid̄atur. nec offerri concessit ne deo in

maturus offeratur. sed dimitte in
quit quia primus est. nec offeras qz
oblationi non dum dignus est. fru
ctus. nec accipienti conuenit imma
turus. Et hec nobis dicta sunt ppt
corpus. quod christus optulit. igit
nostre nature primitias optulit pa
tri et oblatum donum miratus est
pater. quod et tanta dignitas offe
rebat. et quod offerebatur nlla ma
cula fedabat. Nā ⁊ suis maib⁹ su
scept oblatum. ⁊ sue sedis fecit eē p
ticipem. ⁊ quod pl⁹ ad patrem sue
dextere collocauit Cognoscam⁹ qs
est ille qui audiuit. sede ad dexterā
meam que natura est cui deus dix
it. esto mee particeps sedis illa na
tura est que audiuit terra es et i ter
ram ibis Non enim ad omnem glo
riam celos transisse sufficerat. non
cum angelis stare. sed celos trāsiuit
sup̄ cherubi ascēdt vltra seraphi ele
uatur. nec ante stetit nisi sedē domi
nicam meruisset vide quo spatio ce
lum separatur a terra · immo terra
quanto ab inferis est. et ipsuz celum
quanto ab alciore celo separatur et
de altiore celo ad angelos. quantū
spacij est. ad superiores etiā potesta
tes. ad ipsam quoqz dominicā sedē
Per hec omnia natura nostra ele
uata est. vt homo qui loco tam hu
mili tenebatur. vt descendere non
posset vlterius. ad tam excelsā sedez
eleuatur vt alti⁹ ñ posset ascendere
Et hec ostendens paulus dicebat
Qui descendit ipse est qui ascēdit ⁊
iterum. Descendit ad inferiora t̄re
et ascendit super omnes celos. Di
scite igitur qui ascendit et que nata
leuata est · In hoc enim cupio re
morari sermonem vt humani gene
ris commemoratione diuinam cle
mentiā cū omni admiratione disca
mus. que summū honorem. mag
namqz gloriā nostre nature largita
est Terra et cinis eramus. sed hoc
nostrum vitiū sed nature imbecilli
tas fuit. irrationabilibus insensato
res fuim⁹. Comparatus nāqz ē ait
homo iumentis inspicientib⁹. et si
milis factus est illis Et peius est cō
parari quam nasci. Nam naturalit
non habere rationem tollerabile est
verum rationis decoratione deco
ratum irrationabili nature compa
rari voluntatis. est crimen. Et qñ
audis quod homo comparatus est
iumentus non arbitreris. quod eū
irrationabilibus similem voluit de
monstrare. sed longe peiorem. non
tantum quia homines facti ad ir
rationabilia ad maiorem demātiā
properauimus Et hoc significans
esayas dicebat. Cognouit bos pos
sessorem suum. Et asinus presepiū
domini sui. israhel autem non me
cognouit Sed nō peiorem conuer
sacionem erubescamus vbi eni abū
dauit peccatum. superabundauit
et gratia Vides quod iumentis ir
rationabiliores fuimus. Cogno
uit bos possessorem suum. et asin⁹
presepium domini sui Vis et auib⁹
nos irrationabiliores inueniri. tur
tur et hirundo agri passeres agno
uerunt tempora ingressus sui. Po
pulus vero meus non cognouit iu
dicia dei. Ecce iumentis. ecce aui
bus deteriora sentimus et irratio
nabiliora cogitamus. Vis ampli⁹
nostram inuenire natā. Formicarū

nobis gesta narrauit. et earum no-
bis imitationes ostendit. Vade nã
q3 ad formicam o piger. et emulare
vias eius. Formicarum sumus fa
cti discipuli formicarum emulatio-
ne vinimus. formicarum conuersa-
mur exemplis. Intantum amisim9
humane nature consiliũ. intantum
hũane mitis aliẽa sentimus quia ad
similitudinem dei facti monstra-
mur. Sed non reus est ille qui fecit
sed nos qui contempsimus inima-
gine. Perdurare. Sed quid de
formicis dico. Lapidibus insensa
tiores facti sumus. Et hoc tibi vali
do testimonio monstrabo. Audite
ait aggeus fundamenta terre. quia
iudicium domino contra populũ
suum Quid agis Contra homines
tibi iudicium est. et testes terre fun-
damenta. vt inter diuinum huma
numq3 iudicium audiant. iudices
inuitantur. Valde inqt. Nã lapidi
bus homines insensatiores esse no
scuntur. Vides quod totius mali-
cie fines excessimus. Asinis et bub9
irrationabiliores ostendimur sensu
volatilium superamur. nec ipsis la
pidibus comparamur. sed serpenti
um malignitates imitamur. furor
namq3 ait eorum ad similitudinem
serpentis. venenum aspidum sub-
labys eorum Et quid demutis ani
malibus loquimur. vbi etiam ipsi9
diaboli fily nuncupamur. Vos nã
q3 ait filij diaboli estis Sz tñ nos q̃
sensum non habebam9 qui contu-
matia grauabamur. qui nec lapidi-
bus comparabamur. qui vinceba-
mur ab omni natura qui despectui
videbamur. qui contemnebamur.
et quemadmodum loquor ignoro
quo sermone vtar. quo verbo dicã
reperire non possum. natura. fragil'
natura contempta et omnibus mõ
strata deterior omnia vicit omnia
superauit. z omnibus hodierna die
meruit excelsior reperiri. Hodie an
geli vota diu desiderata receperũt
Hodie archangeli quod multo tẽ
pore cupiebant inspicere valuerũt.
Naturam nostrã ipsi in sede dñica
immortali gloria fulgentem quide
runt. Hoc enim affectabant angeli
hoc desiderabant archangeli. Et si
eos natura hũana largito sibi bono
re superabat. at tamen nostris bene
ficijs gratulantur Nam etiam no-
stris dolebant supplicys Et quãdo
puniebamur ipsi quoq3 nimia trisli
cia tenebantur. Et cherubin licet.
paradysum custodiebant. tamen
nostris supplicys tristebantur. Et
sicut conseruus bonus cum a domi
no custodiẽdum seruum suscepit
satis quidem facit dominice iussio
ni sed tamen pena conserui nimio
dolore conteritur. Et seruitu ne-
cessitate. constrictus animi non re-
spuit caritatem. sic et cherubin me
ruerunt quidẽ custodire paradyj-
sum sed dolebant honorem custo-
die. Et vt hoc facile possis aduer-
tere ex hoim affectione condisce.
quos conseruorum calamitates in
spicimus condolere. Et si seruant
homines caritatem. multo magis
ille potestates nostris supplicys cõ-
mouent Nã et iusti dolebãt pctõ3
supplicijs. z licz merito pẽa iferebat

tamen dolores incitabatur tristi-
cia. Nam et moyses post ydolorũ
cerimoniam dicebat. Siquidem di
mittis illis peccatum dimitte. sin aũ
et me dele de libro quem scripsisti.
Quid hoc est. Contumaciam vide
et pro impiorũ supplicijs depreca-
ris Ideo inquit doleo. ideo deprę-
cor. quia digne cruciantur quia me
rito puniuntur quia ipsi sunt sui cã
supplicy Et ezechiel cum angelum
populo videret inferentem summa
supplicia. cum nimia lamentacione
clamauit dicens. Heu mihi domi-
ne qm̃ deles tu reliq̃ israhel. Et
ieremias castiga nos domine in iu
dicio tuo et non in ira tua. ne nos
paucissimos facias. Et cum moy-
ses et ezechiel et ieremias dolent.
quanto magis ille potestates no-
stris calamitatibus commouentur
Et vt scias quod nostris malis do
luerunt. ereo disce quod reconcilia
tione dominica gratulati sunt. Et
si antea non dolebãt nec postea gra
tu labanť ꝛ quia gratulati sunt. xp̃c
saluator ostendit dicens Fit gaudiũ
in celo et in terra. vno peccatore cõ
uertente. et si vnius peccatoris cor
rectione. angeli gratulantur multo
magis cum ad celum hodierna die
primitias hominum viderunt ele-
uare naturam et alia ratione con di
sce gaudium celestium potestatum
Quando dominus noster ihesus
christus natus est secundum carnẽ
cum reconciliatũ hõiez viderent nc
enim aliter descẽderet cum summa
gratulatione in terra clamabant.
Gloria in excelsis deo. ꝛ in terra pax
hominibus bone voluntatis vt di
scas quod ideo glorificant quia ter
ram ea que bona sunt recepisse letã
tur. Declarant et causam dicentes
In terra pax hominibus bone vo-
luntatis. hominibus qui rebellati
sunt. qui inimici fuerunt. qui aliena
ti erant. qui contumaces indicati
sunt. Vides quem admodum alie
nis bonis gratulantur. immo i suis
Nã nr̃a bõa suas vtilitas arbitrãť
Vis discere qđ ꝛ cũ ascẽderet gratu
labantur et nimio gaudio exulta-
bant. et descendebant frequenter
Et hoc proprium est. cupientium
videre inopinatum spectaculum et
vt scias qđ ascẽdebãt et descẽde-
bant. christi te verba confirment q̃
dicit Amodo videbitis angelos dei
ascendentes et descendentes ad fili
um hominis. Et iste semper aman
tium mos est. et cupientium solita
consuetudo. Unde nec tempus ex
pectare. didicerunt sed festino amo
ris ardore et delectatione p̃uenũt.
constitutum ideo ascendunt. ideo
descendunt. et cum omni festinatio
ne nouum et incredibile spectaculũ
videre desiderant. Nam quid hoc
mirabilius est. quando homo qui
contemptus fuerat videtur in celo.
Ideo et quando nascebatur domi-
nus noster. et quando resurgebat.
exultabant angeli. et hodie quando
ascendit ad celum. Ecce enim.
duo ait in alba veste vt ex ipsis indu
mentis gratulatio monstraretur di
xerunt ad discipulos. Viri galilei.
iste ihesus qui ascendit a vobis i ce
lum. sic veniet quem admodum vi-
distis eum in celũ euntẽ. hic auditũ
mihi cum omni diligentia cõmmo

date. Cur hec dicta sunt. Numqd oculos discipuli non habebant. Numquid non videbant quod gerebatur. Numquid non dixit euangelista quia videntibus eis ascendit in celum. Cur igitur angeli eis dicebāt quod factum est. Quid eis mō strabant quod ascendit ad celum. Propter has scilicet duas causas. vnam quia dolebant ihesu discessione desolati. Et quia dolebant quid ad eos dicitur. Nemo me interrogat de nobis quo vadis sed quia. dixi tristitia implenit. cor vestrum Et si amicorum seu cognatorum separatione tristantur. quantomagis saluatorem. magistrum dominum misericordem. pium mansuetum. cum a se viderent separari non omni cum dolore tristabantur. Ideo stabant angeli et ascensionis tristicia regressionis commemoratione consolabantur. et separationis dolorem aduentus futuri pollicitatione sedabant. Nam aiunt. Iste ihesus qui ascendit a nobis. sic veniet. Doluistis inquit quia ascēdit sed dolore desinite. Nam iterum veniet. Et ne hoc faciant quod helisеus fecisse docetur. conscidit vestimētum cum magistrum vidisset eleuatum ad celum. Non enim habuit p̄sentem angelum qui heliam p̄mitteret aduenire. Ne igitur et isti hoc faciant ideo angeli stabant animas eorum tristitie solatio releuantes. Et hec quidem vna causa est p̄sentie angelorum. Erat et alia causa non minoris rationis. Nam addiderunt. Qui ascendit ad celum. et quia longum spacium de terra tenebatur ad celum. et oculorum acies portatum corpus ad illam altitudinem minime poterant pernidere sicut auem si altiora postulat. deficiet aspectus inspicere. et noster oculus volatu vincitur celsiore. sic et illud corpus quanto ferebatur ad summa. Tanto oculos videntium aspectus inbecillitate incidebatur deficiente natura altiora conspicere ideo stabant āgeli. iter celeste mōstrantes ne quis arbitretur q̄ tam cito in celum ascendit. sicut helias sic incelum ascendit qui eleuatus est a nobis ad celum. Ideo non sumpliciter hō addidit Et helias q̄dē tāq̄ incelum ascendit. Nam seruus erat ihesus autem ad celum. nam dominus erat. Ille in curru igneo. hic in nube. Et quando seruus vocabat. currus mittebatur vt veniret. et q̄ndo filius ascendebat dominica sedes occurrebat. Nec tantum dñica sed et paterna. Nam et de patre ei⁹ ait esaias. Ecce dominus sedet in nube leui Et quia pater sedet in nube misit et filio. Et helias quidem. cum ascenderet melotem helisеo dimisit christus autem discipulis gratiam dereliquit que non vnum prophetam. sed multos helisеos effecit immo illo potentiores. et longe amplius meliores. Eleuemur igitur et excitemur dilectissimi fratres. et illū cogitemus aduentum. Nam et paulus ait. Ipse descendit de celo dominus in iussione in uocc archangeli et nos qui viuimus. q̄ relinquimur rapiemur in nube. in occursum domini. sed non omnes. Et q̄ non omnes rapiemur. Sed aliquanti.

audi quid ait christus. Tunc erunt
due in mola molentes vna suscipie
tur et vna relinquet. Duo in lecto.
vnus suscipiet. et vnus dimittetur.
Quid hac significacione ostendat.
qd hoc secreto declaret videam⁹.
Mola pauperes iopesq; demõstrat
⁊ eos q̃ vite labore conteruntur. lec
tus diuites ⁊ q̃etos ostẽdit. ⁊ eos q̃
honorib⁹ scl'arib⁹ ꝓfruũtur. Et vo
lẽs oñdere. qr ⁊ pauꝑes aliqñ libe
rant. ⁊ pereunt et ex diuitib⁹ nõ nul
li liberantur. et pereunt. ait qr de
mola vna suscipitur. et altera di
mittitur. et de lecto vn⁹ suscipitur ⁊
alter relinquit significans qr hi qui
peccatis obruunt hic remanent cõ
grua supplicia sustinẽtes. iusti rapiũ
tur ad nubem. Nam sicut rege ad
ueniente ad aliquam ciuitatem. hi
qui honorib⁹ et dignitatib⁹ decorã
tur. cũ summa cõfidentia non expec
cato eius ingressu. longe ante por
tas occurrũt et excipiunt. aduenie
tẽ. rei autẽ et criminib⁹ obligati in
tra muros retinẽtur impatoriã ex
pectaturi sententiã. ita ⁊ qñ domi
nus veniet iusti ei in ip̃o medio ae
re confidenter occurrũt. noxy autẽ
⁊ obruti peccatis hic remanẽt expe
ctãtes iudiciũ. Tũc ⁊ nos rapiemur
Non me iustoꝝ numero contineri
cõmemorãs dixi. nos rapiemur. nã
nõ sum intm̃ sane mẽtis alien⁹ Nec
anime cecitate confusus. vt mea pec
cata non nesciã et meoꝝ videar ob
litus esse Festoꝝ Nam qr diem festũ
nolo meo dolore turbare. nec solen
nitati misceri tristicia m parco lacri
mis parco fletibus meorũ peccatoꝝ
cõsciẽtia sauciat⁹. ⁊ ideo orationẽ i
ip̃a festiuitatis leticia terminabo. il
lius diei memoriam derelinquens.
vt nec diues suis opibus gratulet.
nec sua pauper egestate tristetur. sed
vnusquisq; sue cõsciẽtie meritũ spe
ret. Nam nec diues beat⁹. nec pau
per miser poterit iudicari. sed is q̃ il
li⁹ meret aspectũ. ip̃e cacumẽ toti⁹
beatitudinis possidebit. Nã q̃ pec
catis pauper est. diuitijs celestibus
habundabit. et qui criminibus di
ues est. suppliciorum inopiã sustine
bit. Et ideo dico vt qui in peccatis
sum⁹ lugeam⁹ ⁊ q̃ bona cõsciẽtia vi
uunt gratulent Sed nec isti cõfidãt
sed caueãt. nec illi lugeãt sed corrigã
tur. Nam et eum qui licet male fue
rat conuersatus mutata vita gloriã
ꝓmereri. ⁊ his parem fieri qui semꝑ
iuste vixerũt hoc ⁊ nos implere pro
peramus et qui bene viuunt ꝓposi
tam cõuersationem merito future
glorie ampliare festinẽt. et cõfidẽtiã
augere non desinãt. ⁊ qui peccatoꝝ
mole opprimũtur meliore correptõ
ne mutentur vt iustorũ choro socia
ti. cũ debita reuerentia imperatorẽ
suscipiamus angelorũ et illa beati
dine perfruamur. quam nos oẽs li
ceat ꝓmereri. gratia domini nostri
ihesu christi. cum quo patri gloria.
imperium honor. cũ spiritu sancto.
et nunc et sẽꝑ ⁊ i secl'a secl'oꝝ Amen

Incipit sermo S. Jo. episco
pi de pentechoste.

Hodie nobis t̃ra facta
est celum non stellis. d̃
celo i terram descendẽ
tibus sed apostolis ad
celos ascendenbti⁹ qr

effusa est copiosa gratia spiritus san
cti et vniuersum orbem operata est
celum. non immutans naturam. sꝫ
voluntatem emendans Inuenit nā
q̄ publicanū. et euāgelistā efficit. in
uenit persecutorē. et appostolū red
didit. Inuenit latronē et i paradij
sum induxit. Inuenit meretricē. et
virginib⁹ coequauit. Inuenit ma
gos et euāgelistas ostendit. fugauit
malitiā. et iduxit benignitatē. Exē
minauit seruitutē et induxit liberta
tē Cōcessit debitū. et itulit gratiā
dei. Ideo celum factū est terra. ⁊ hꝰ
sepi⁹ dicens non cessabo Quid em̄
tales stelle sicut apostoli Stelle icelo
apostoli sup celos. Que sursum sūt
inquit apostolus sapite. vbi christ⁹
ē in dextera patris sedens Stelle d̄
igni insensibili. apostoli d̄ igni itelli
gibili Stelle in nocte lucent in die
obscurant̄ apl'i in die et i nocte suis
radys hoc est virtutib⁹ effulgēt. stel
le orto sole obscurant̄. apl'i sole insti
cie resplēdente sua claritate lucescūt
Stelle i resurrectione cadent. sicut
folia apostoli in resurrectione rapiē
tur in aera nubibus. Et in illis qui
dē siderib⁹ alius antifer. alius luci
fer appellatur et i apostolis autem
nullus antifer est. omnes luciferi. et
id̄o stellis maiores apostoli Et q̄cū
q̄ eos lumiaria vocauerit mundi n̄
peccabit. nō solū dū essent i corpo
re. sed et iam magis nūc quādo de
hac vita migrarūt Gratia em̄ ⁊ me
rita sanctoꝝ nō minuūtur morte. n̄
retardātur die. nō dissoluūtur i ter
ra. nec nocte obscurant̄. nec tene
bris obumbrātur. Et hoc res ip̄a d̄
mōstrat. Piscatores quippe erant
et illis dormientibus retia opera
bantur. Et tunc quidē pisces capie
bant ad mortē. nūc aūt homines ca
piūt ad salutē claudos faciētes cur
rere. cecos illuminātes. leꝓsos mun
dantes. demones effugātes Testat̄
multitudo credentium. diurna Vi
nitores erant et illis absentib⁹ cor
pore vinea florescit. et botros affert
Etenim vinitores erant ⁊ piscato
tores et turres. et columnie. ⁊ me
dici et duces et doctores. ⁊ portus
et gubnatores. et pastores. et athle
te. et pugnatores. et coronas gestan
tes. Columnie q̄dē qūo virtute sua
ecclesie robur sunt. fundamētū autē
q̄ in cōfessione ipsoꝝ fundata est ec
clesia. dicēte domino. Tu es petr⁹.
et sup hanc petrā fundabo ecclesiaꝫ
meam. Portus aūt. q̄ tempestates
impias represserunt. Gubernato
res. qm̄ orbem terrarum viam rec
tam docuerunt. Pastores. qūo lu
pos abegerunt et oues conseruaue
runt. Aratores. qm̄ spinas eradica
uerūt. Vinitores. qm̄ labruscas era
dicauerunt et semina pietatis plan
tauerunt Medici. qm̄ vulnera nr̄a
curauerunt. Et vt discas me non i
cassum hec dixisse. adducā paulum
in medium hec omnia facientē Vis
eum plantatorē videre audi. Ego
plantaui. appollo rigauit. sed deus
incrementum dedit. Vis eum stru
ctatorem videre. Sicut sapiens in
quit architectus fundamentū posui
Vis eum dimicantē videre. Sic pu
gno. non vt aerem cedens. Vis eū
videre cursorē. Ab ierusolima et in
circuitu vsq̄ ad illiricum et inde ad
hispanias et iultimas ꝑtes repletū

est euangelium christi. Vis eum vi
dere athletam Non est nobis collu
ctatio aduersus carnem et sangui
nem Vis eum videre ducem. Assu
mite arma dei. et induite loricam fi
dei.et galeā salutis.ꝛ gladium spi
ritus sancti Vis eum videre certan
tem.Certamen bonum certaui fidē
seruaui vis videre coronatum.De
cetero reposita est michi corona iu
sticie.et cum esset vnus omnia facie
bat.dominum suum imitans.etei
cum sit diuinitas vnius substantie
et immutabilis pro nostra salute oi
bus omnia fit. Tu palmes factus
es.et ipse tibi vinea.sicut ipse dicit.
Ego sum vinea. vos autem palmi
tes Promouere gressum voluisti.
Factus est tibi via dicens. Ego
sum via. Perme siquis intrauerit.
exiet et pascua inueniet. Quis fact⁹
es.ille tibi pastor. Ego sum pasto:
bonus. Pastor namqꝫ bonus. po
nit animā suā p ouibus. Peccator
effectus es.factus est tibi agnus.ec
ce agnus dei. qui tollit peccata mū
di. Manducare voluisti.factus est
tibi mensa. Bibere voluisti.factus
est tibi poculum Qui mādducat car
nē meā. et bibit sanguinē meū.i me
manet.et ego in eo. Vestiri voluisti.
Factus est tibi indumentum Quot
quot enim in christo baptizati estis
christū iduistis. Sponsa fieri volui
sti.factus est tibi sponsus Qui ha
bet sponsus est sicut dixit iohannes
baptista Nubere voluisti.factus est
tibi vir Despondi enī vos vni viro
virginem castā exhibere.christo me
retrix eras et facta es virgo.o noua
et admirāda rerū cōmutatō Apud
seculi homines nuptie virginitatē
dissoluunt. apud spiritales autem
nuptias.meretricem ex gentib⁹ ac⁹
cepit ecclesiam et virginib⁹ castio
rē efficit Interpretare mihi o hereti
ce quomō meretrix effecta sit virgo
Nec te nescire dicis. et disputare d̄
deo audaci timeritate conaris.
Circumuenire nō queo. Fide virū
suscipio Nec ātoia opatur spiritus
sancti gratia. Que large effusa est
super apostolos dei Et fact⁹ est re
pente de celo sonus tamqꝫ aduenē
tis spirit⁹ vehemētis. et replenit to
tā domū. vbi erāt sedētes. Et appa
ruerūt illis dispdite lingue. tamqꝫ
ignis. non ignis sed tamqꝫ ignis. si
ignis iquit quomodo non ardebāt
Interrogat iudeus.interrogabo et
ego iudeum. Si ignis erat.quomō
non cōburebat. rubū fragile liguū
q̄d igne vehemēci⁹ q̄d rubo vili⁹ et
neqꝫ ligm exurebat.neqꝫ ignis exti
gnebat Et quō corpa triū puerorꝫ
ignis non excussit.sed camin⁹ in ro
rem versus est Et carbones tāqꝫ ro
sas arbitrabātur Certamē ignis et
corporis et tamen corporum fiebat
victoria.et quod cera erat solubili⁹
ferro factum est firmius Interpreta
re mihi vera et illa precesserunt vt
credatur veritati Quare spirit⁹ san
ctus in igne apparuit propter velo
cem mentis susceptionem Non aūt
propter hoc solum sꝫ et sicut ignis
spinas comburit.sic et spiritus pec
cata disperdit. Missus est daniel
in lacū leonum.ꝛ in manem rabiem
illorꝫ diuina virtus repressit Pera
grarunt piscatores orbem terrarū.
et infirmū eū inuenientes ad sanitatē

reduxerunt ꝛ i ruina positum adsta
bilitatē reuocauerūt. nō secuta mo
uentes non arcus tendētes. non sa
gittas mittentes. non peccunias lar
gientes. non eloquentia cōfidentes
Et erat nudi quidem seculo sed in
duti christum. Paupes sed diui
tes. Pecunia indigentes. sꝫ regnū
celoꝝ possidēs ñ hñs hñana sola
hñs āt dñꝫ suū Ego eñ inquit vob
cū sum omnib⁹ diebus vsqꝫ ad cō
summationē seculi. peragrarūt vni
uersum orbem terrarū. oues simul
cū lupis. Quis vidit Quis audiuit
Dicit mittā vos vt oues in medio
luporū Quis vnqꝫ pastor oues mit
tit in medio luporum sꝫ magis si vi
derit lupos congregat oues At ve
ro christus cōtrario fecit. Oues ad
lupos direxit et vulnerate a bestys
non sunt sed magis lupi ad odium
mansuetudinem sunt conuersi. Et
vt nō dicerent oues sumus et mit
tis nos in escam luporꝝ timorē illo
rū vno sermone abstulit. Non dixit
ite. nec enim virtute eoꝝ mittebat
illos Sed ecce inqt ego mitto vos
Infirmi quidem vos. sed qui mit
tit potens est. Quis es tu. ego sum
qui celum extendi qui terram fun
daui. qui mare infrenaui. qui mor
tem dissolui. q̄ cyrographū qd̄ con
tra vos erat cruci affixi. qui veterē le
gem immutaui. qui nos ad pristi
nā patriam reuocaui. qui fortia dis
soluo. et dissoluta conforto. Quid
mari fortius Sed parua harena in
tollerabilem illius impetum retun
dit. et cōtinet. Ecce inquit ego mit
to vos. qui mortis et vite habeo po
testatē qui de celo descendi et cetera,

Ecce ego mitto vos vt oues in me
dio luporꝝ tamqꝫ lupus quidā be
stie fiebant ouibus. vt nec fuga con
seruarēt salutē circumuallati vndi
qꝫ. O virtus mittentis in medio lu
poꝝ oues. In circuitu. lupi. ꝛ muta
ti sunt lupi. et facti sunt oues. Nec
enim natura. sꝫ volūtate lupi erāt.
Ecce ego mitto vos Quid ergo no
bis precipis. Estote prudentes sic
serpentes. Serpens et si miles vul
neretur. caput autē suū saluet totus
est sanus. Sic et tu Si pecuniā ad
uersarius tollere vult. libens crede
Et si omnes facultates auferre co
nantur. dimitte. et si ipsam tempo
ralem vitam extorquere cupit ne re
sistas. tantummō finē tuū custodi.
Illo illeso manente vniuersa ingru
entia mala facillima erunt. Nudus
existi de uentre matris tue nudus ꝛ
ibis. Sed forsitan in exilium mitte
ris. dicito. domini est terra et pleni
tudo eius. forsitan mors occupabit
non est timenda quia transitus est.
Tantummō fidē serua. thesaurū in
deficientē. diuitias sempiternas hoꝝ
que dico beati martyres testes sunt
quia fidem non ꝑdiderunt. et post
excessum de corpore fortioris sunt
viuis. Propterea inquit homo fa
ctus sum. propterea carnem indui.
vt orbem vniuersum saluatorē. mul
tū eñ deo ecclesia cara est. non mu
rus circūdata. sed fide circūsepta ꝓ
pter ecclesiam. namqꝫ extensum est
celum diffusum est mare. extensus
aer terra fundata est paradysus plā
tat⁹ est. mirabilia multa facta sunt
pelagus scindebatur. ꝛ iterum sue
bat. Petra fundebatur et iterum

pluebat de celo et tāq̄ pruinosa po
nebat̄ mensa Propter eccl'az ꝓphe
te, ꝓpter ecclesiā apl'i. Et q̄d plura
dicā ꝓpter eccl'az vnigenit⁹ fili⁹ d'i
homo fact⁹ est sic̄ dicit paul⁹ q̄ ꝓp̄o
filio nō pepcit vt eccl'e mederet̄ sā
guinē fily effudit ꝓpter eccl'az Hic
sanguis irrigat ecclesiā Et ideo plā
taria ei⁹ marcescere nō possunt nec
amittunt folia arbusta eius nō sb̄ia
cet necessitati tp̄is nec ē cōditiōi ob
noxia vt p̄ estatē coma folioꝝ tegat̄
hieme amittat. Nō tenet̄ tēpoꝝ q̄li
tate. sz spirit⁹ eā sci gub̄nat gr̄a. et
id'o non senescit. nec contrahitur ⁊
multis impugnantibus ñ opp̄mit̄.
Quāti ab initio impugnarūt eccl'az
cū fidei semina iacerent̄ ⁊ arma con
tra eam cōmota sunt sz quātū im
pugnabat̄ tāto clarior reddebat̄ sz
nūc quidem ꝓpter dei gratiam ⁊ re
ges. et duces. et milites. et vniuer
sus orbis fide repletus ē Nā inp̄n
cipio et vt ita dicā in cunabul' eccl'e
reges fuere impy. duces insani po
pulus seditioni deditus. Et dicta
iudicum vbiq̄ dabant̄ Are incen
debantur demonib⁹ sumus ⁊ odor
pessimus ipsum maculabat aerem.
Terra coinquinabatur sanguine d'
mones debachabantur diabol⁹ do
minabat̄. Pater abdicabat filium
filius inhonorabat patrem. Natu
ra q̄dem scindebatur sed pietas ñ
diuidebatur Ubi sunt nunc qui au
debant ecclesie contraire. Quādo
nouella erat in nullo potuit ledi et
nunc qñ vsq̄ ad celum p̄uenit esti
mas eam posse superari Et tunc q̄
dem cum vndecim assent apostoli.
nullus eos superare potuit sed pau
ci homines totum ceperunt mund'
et nunc qñ terra et mare et orb̄ ter
rarū et inhabitabiles regiōes ⁊ ciui
tates. et omnes fines terre pietate
repleti sunt putas eam te posse lede
re sed nō poteris. Christus enim ꝓ
pter eam passus est porte inferi nō
preualebunt aduersus eam facili⁹
celum ex t̄minari potest et terra per
ire quam aliq̄d mali pati eccl'a. q̄s
ē q̄ hec dicit ip̄e christ⁹ loq̄tur. celū
et terra transibunt verba āt mea ñ
p̄teribūt Bene em̄ verbū dei ip̄o ce
lo validi⁹ est quia celum opus ver
bi est. Dixit quippe deus fiat celum
et verbum in opus aparuit Curre
bant nature et nemo impediebat.
quia nature dñs imp̄abat qui ⁊ fa
cere et immutare potest. Ego eam
edificaui qui celum statui Sed ꝓpt̄
celum non fudi sanguinem ꝓpter
celum crucifixus non sum nec ꝓpt̄
celum celeste corpus accepi. Et q̄d
dicam celi Angeloꝝ corp⁹ nō assū
psi. vt dicas quoniā celo et ange
lis et omni creature honorabilior
ecclesia est Ideo celum et terra trāsi
bunt verba autem mea non preter
ibunt Assit gentilis assit iudeus. si
hec inania sunt verba redarguant
si autem veritas est que dicta sunt.
adorent virtutem dei. Dixit chri
stus celum et terra transibūt verba
autem mea non preteribunt facili⁹
est celum preterire et terram deuo
cari. q̄m verba mea excidere. Que
autem sunt verba eius Adducam⁹
in medium vid'eam⁹ ne forte ītercī
der̄t ñ dubitās dico sz hereticos ob
cludo que g⁹ sunt verba celū ⁊ t̄ra

transibūt verba aūt mea ñ p̄teribūt
Qui sermones. que verba Tu es
petrus et super hanc petram edifi-
cabo ecclesiam meam et porte infe
ri non p̄ualebunt aduersus eā sup̄
hanc petram non dixit super petrū
non enim super hominē. sed super
fidem edificauit ecclesiam suā. Qd̄
āt erat fides. Tu es christus filius
dei viui Petrā vocauit ecclesiā flu
ctus suscipientem et non titubātē.
Etem̄ eccl'a tot suscipit tēptatiōes
ñ tñ vicit q̄d ē sup̄ petrā h° ē sup̄ c̄
fessionē sup̄ p̄mōes pietat⁹ Si for-
sitā introgabis vtrū hec edificatio
suscipiat lapides aut ligna aut fer-
rū ñ iq̄t nec em̄ ē isensibil' edificatio
qd̄ si tal' eēt solueret tp̄e · cōfessionē
aūt pietatis neq̄ demones neq̄ vl
la creat'a vicere pōt Testant' mar-
tyres quoꝝ latera radebātur s̄z fi-
d̄s ñ frāgebat' O noua reꝝ materi
es Paries effodit' ⁊ thesaur⁹ ñ au
fert'. Caro scindit' ⁊ fides ñ rūpit' tal'
q̄ppe martyꝝ virt⁹. Etem̄ sup̄ hāc
petrā edificabo ecclesiā meā ⁊ por-
te iferi ñ p̄ualebūt aduersus eā attē
dite diligēti⁹ verbo Portas inferi
pericula vocat. que mortē pariūt.
Quid ergo. In infernū intrabit.
quisq̄ quando periclatatur Etiam
Sicut enim porte introitus ciuita-
tum sunt sic pericula introitus mor
tis sunt. Et cur inquit non prohi-
bet temptationes Ut ostendat vir
tutem eius. Si nemo eam impug-
nare posset. dicere poterant. quam
si impugnaretur vtiq̄ vinceretur.
Propt'ea p̄ mitto eam impugnari
vt non imbecillitas in repugnanti-
um sed fides victorie imputet' ⁊ por
te inferi. Non dixit. non appro-
piant ei sed non preualebūt aduer
sus eam. Quid ergo Impugnabit'
quidem. non tamen vinci poterit.
Tempestates suscipit ecclesia Sed
non dimergitur. lacula in eam mit
tuntur. sed non perforatur Machi
namenta p̄parant' Sed turris non
eliditur Et quid dico ecclesiā. vnū
sermonem locutus est pastor. et sic̄
turris immobilis p̄seuerat Quanti
tyranni verbum. hoc delere conati
sunt sed non potuerunt Supra pe
tram enim fundatum erat. Con-
sidera tyrannos reges. gladios acu
tos. bestiarum dentes. mortem mi
nantes. caminos sartagines man⁹
fereas et vncos et omnia machina
m̄ta parata. et pharetrā q̄dē suam
euacuauit diabolus. sed nihil lesit
ecclesiam. Porte inferi non preua-
lebunt aduersus eam. Testatur res
ipsa. testatur horum que fiunt asti-
pulatio. Quanti impugnauerunt
et nemo preualuit. Et impugna-
tores quidē taciturnitati et oblivi
oni dati sunt. ecclesia autem cotti-
die virtutibus augmentatur. Ubi
nunc claudius Ubi augustus. Ubi
nero. Ubi tyberius. Nomina sunt
nuda. Horum autem nemo. nec
vlla horum mentio. Et quia eccle-
siam impugnauerunt. Ideo et me
moriam perdiderunt Ecclesia autē
clarior resplēdet Ubicūq̄ ieris. ad
indos ad mauros ad britanos. ad
hispanos. vsq̄. ad ultimum finem
terrarum. inuenies inprincio erat
verbum. et verbum erat apud de-
um et deus erat verbum. Et vni-
uersa religiōe plena añ hoc em̄ vni

versa repleta erant in pietate nunc autem non solum ciuitates religione florent. et fide christi. sed et iam heremus in nomine christi gloriat̃ Antea namq; et regine in conniuys viroꝝ saltabant sicut filiã hierodiadis fecisse legim⁹ nunc vero vix famula dignatur hoc facere. Anticuitus gens persarũ filij parẽtibus sociabant̃ conubio et sororꝝ fratri iũgebatur impune nũc vero virginitatẽ appetũt Ante hoc antẽ quotidiens i britania hũanis vescebat̃ carnibus nũc ieiunys reficiũt aiaꝝ suã Massagite et berbuces miseros putant. qui egrotatione moriũt̃ et parẽtes cognatos ꝓpinquos cũ adsenectã venerit iugulatos deuorant. rectius esse dicentes vt a se potius q̃m a uermib⁹ cõsumãtur nũc vero post passionẽ christi et resurrectiõꝝ eius abstinentia et castitate deuote militant xp̃o et ꝓpe oẽs gẽtes parate sunt ꝓ nomine dñi fundere sanguinẽ suũ Ante hoc ipy t ꝑsecutores erant reges. nũc vero ad celũ p̃fert pietatẽ t ingrediẽtes limen ecclesie deponũt coronã t crucẽ xp̃i depingũt i suis frõtib⁹. Foris arma hic mysteria. Foris scuta hic sacramẽtorũ celebratõ. Theodosi⁹ pat̃ filius theodosy. religione ac pietate insignes Ideoq; ꝓ his omnib⁹ gratias agam⁹ domino ꝑ christum dominum nr̃m cui ẽ gl̃a t potestas cum spũ scõ. p ĩmortalia secl̃a scl̃oꝝ amẽ

Explicit de pentechoste.

Incipit omelia S Jo· episcopi de natiuitate domini.

